

ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ

HOC EST,

ARTICULUS DE IMAGINE DEI ET ORIGINALI JUSTITIA.

Quem

EX IMMOTIS SCRIPTURÆ FUNDAMENTIS EXTRUCTUM, CERTIS CAPITIBUS inclusum, & rejectis ac refutatis ἐπεροδόξων opinionibus, veritatis illustrandæ falsitatisque clarius patefactæ causa.

*CHRISTO DUCE ET AUSPICE CHRISTO
PRÆSIDE*

Reverendo admodum & Clarissimo Viro

DN. JOHANNE HIMMELIO
POMERANO, SS. THEOL. DOCT. ET
Profeß. Publ. atque h. t. Magnifico Academiæ Jenensis designato
PRORECTOR E, Fautore & Promotore suo
ætatèm colendo.

*Pro consequendo in SS. Theologia Doctoratus Gradus
Publicæ συζητήσει subjicit*

BERNHARDUS DERSCHOW
REGIOM. BORUSSUS.

*Ad diem XXII. Julii horis ante &
pomeridianis.*

J E N E

EX TYPOGRAPHIE LITHANDRI

ANNO CL¹³ IC XIX.

coll. diss. A
79, 18

JULY 1949 (19)

ILLUSTRIBUS, MAGNIFICIS, GENEROSIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSLIMIS ATQVE PRUDENTISSLIMIS Ducatus Borussiæ PROCERIBUS & ORDINIBUS, Patriæ Patribus,
Dominis & Mecœnatibus suis humilimâ mentis devotione, perpetim suspiciendis, venerandis.



Anta est HODIE, ILLUSTRES, MAGNIFICI, Generosi, Nobilissimi, Amplissimi atque Prudentissimi Viri, Domini & Mecœnates æternum colendissimi, hominum partim à ueris & socordia, ut per lapsum Adæ deperdita dona & bona haud magno desiderio respiciant, justaq; curâ reposcant : partim à vnoq; & insolentia, ut in præsentibus quam exigua & ferè nulla etiam illa sint, thrafonice amplentur, seipso admirentur, nec quicquam ad veram beatitudinem, quô rerum amissarum oblivionem cum Boëthio referunt, sibi deesse arbitrentur. Contrà boni Sacerdotes (sic Spiritus sanctus omnes γνωτιος Christianos appellat 1. Pet. 2. v. 9. Apoc. 1. v. 6. & cap. 5. v. 10.) gravissimo Christi Pontificis summi ad Ephesinæ Ecclesiæ Episcopum monito Apoc. 2. v. 5 : Memor esto, unde excideris, rursus animati, socordiæ veternum exutiunt, & sepius de primæva dignitate Dei q; Imagine, quâ excidérunt, cogitantes superbiæ cristas deponunt. Et sane si ulla consideratio piis utilis & necessaria est, certè illa est, quæ de Imagine Dei & Originali in Protoplatis justitiâ suscipitur, ut non immerito cordatissimus olim

In disþ. de Theologus Joachimus Mörlinus alicubi scripserit, sine doctrina Imag. Dei de Imagine Dei nos in Theologia prorsus nihil scire, sed de rebus ignotis judicare. Quandocunq; enim rem accuratiore ponibus deramus judicii lance, deprehendimus sextuplicē potissimum inde næ de Imag. Dei in nos redundare usum : 1. ut divini Decalogi, immo universæ 14 Decalogi sacra



PRÆFATIO.

sacræ Scripturæ sensum rectius & penitus percipiamus. Mon. & Scriptor
 strat namq; illa doctrina quid, cur, quove jure Deo ad plenam & ræ expla.
 perfectam obedientiam obstricti teneamur, quia videlicet is ^{natio}
 τὸ δυνατὸν μετὰ Σκαλὴς δοκιμάσταις νὴροφετῆσας, secun-
 dum Nazianzeni effatum orat. 13. eximias vires & facultates no-
 bis in initio indidit, nosq; bonas arbores & vites preciosissimas in
 suo Paradiso plantavit, sic circò justè à nobis tanquam negotiatori-
 bus & villicis suis ingens lucrum, fructus uberrimos, atq; quod
 animæ nostræ impressit numisma, sibi iterum dependi exigit. 2. llt 2. Humanæ
 primordialem Nobilitatem per peccatum Protoplastorum amissi miseris deo-
 sam, inq; verbo Dei ceu in tabula quapiam depictam intuentes, ploratio.
 hodiernam nostram miserrimam miseriam deploremus & μετὰ
 σπεδūs detestemur; quandoquidem omnes ex virili semine nunc
 nati trahimus nobiscum in mente pro luce tenebras, & de cœlesti-
 bus ac terrestribus rebus dubitationem & caliginem abominan-
 dam. In voluntate pro rectitudine pravitatem, à Creatore
 nostro aversionem, timoris, spei, dilectionis vacuitatem, carnis
 securitatem, diffidentiam, pravam concupiscentiam. In corde
 pro obedientia cunctorum affectuum adversus mandata Dei con-
 tumaciam, propter quæ mala homo fit reus iræ divinæ & damnationis æternæ. Summatim, nunc secundum exteriorem homi-
 nem de illis Parentib. venimus, qui nos ante fecerunt damna-
 tos quām natos, quemadmodum scitè Bernhardus loquitur lib.
 2. de anima cap. 2. Cum itaq; per lapsum ex justissima Dei male-
 dictione pro vita mortem, pro nativa pulchritudine maculam
 naturalem, & in cunctis plane contrariam conditionem nobis at-
 trinxerimus, ultrò præsens Satanæ Imago seu larva, ad quam adeo
 horribiliter transformati sumus, patescit. Hinc postmodum plu-
 res Christianæ religionis articuli, nempè de Originali peccato, de
 Libero arbitrio, de Justificatione & Bonis operibus ob mutuam
 eorundem ἀπολέθησιν καὶ συγάφειαν egregiè illustrantur, quorum
 ignorantia Christo & Apostolis cum Pharisæis & aliis seductoris
 bus, Orthodoxis Patribus cum Pelagio & Philosophis, & nostro
 seculo cum Pelagianis Semipelagianisq; maxima certamina pepe-
 rit. 3. Ut infinitam Dei bonitatem grato animo agnoscamus & ^{3. Divine}
 (?) 2 ^{bonitatis} cele- gnitio & co-
 lebratio.

P R A E F A T I O.

celebremus, quippe cum ipsius beneplacito unicè acceptum referri: debeat, quod ad tam sublimem dignitatem concreatae Imaginis: Dei in terreno Adamo evecti fuerimus, & post istius boni amissionem denuò in Christo Adamo cœlesti reparari possimus, in hac quidem vita inchoative, in altera consummative; Quoniam ut finis veteris hominis mors est, sic finis novi hominis ex creatoris gratia vita æterna est. Ille est homo peccati, iste justitiæ, ait graviter Augustinus tom. i. libr. de vera relig. cap. 26. & Magnus Gregorius in cap. 3. Jobi lib. 4. c. 26: Ad hoc, inquit, homo justus in Paradiso initio positus fuerat, ut si se ad Conditoris sui obedientiam vinculis charitatis astringeret, ad cœlestem Angelorum patriam aliquando sine carnis morte transferret. Contempletur ergò vir sanctus, in quanta cordis pace requiesceret, si serpentis verba suscipere homo noluisset..

¶ Vite in- 4. ut vitæ novitati & integritati studeamus. Nam cum Imago novatio. sit correlativum quiddam directum ad aliud, cuius similitudinem gerit, probè hæc notante Magistro sententiarum lib 2. dist. 16. & oporteat id, quod ad Imaginem est cum Imagine convenire, & non in vacuum participare nomen Imaginis, dicente vicissim Bernhardo serm. 80. super Canticum; omnino opus munusq; nostrum eò spectet necessum est, ut illum (verba sunt Anacleti apud Paxillum in Monomach. pro SS. Trinitat tom. i.) imitemur, cuius ad Imaginem conditi sumus, illius vestigia sequamur, qui nos ad Imaginem sui esse voluit, luceat q; lux nostra ab ipso in nobis accensa coram hominibus, quo nos videntes videant aliquo modo ἀεχέτυπον representatum, & tanti operis auctorem glorificant, secundum tenorem præcepti Salvatoris nostri Matth. 5.v. 16. Quibus respondet Agapeti Diaconi admonitio ad Justinianum Imperatorem §. 3: ὁ ἐαυτὸν γνὼς, γνώσεται θεὸν. θεὸν δὲ ὁ γνὼς, ὅμοιως θήσεται θεῷ. ὅμοιως θήσεται δὲ θεῷ, ὁ ἄξιος γενόμενος θεός. ἄξιος δὲ γίνεται θεός, ὁ μηδὲν ἀνάξιον πεάπισμαν θεός, ἀλλὰ φρονῶν μὲν τὰ αὐτά, λαλῶν δὲ, ἀφρονεῖ, ποιῶν δὲ, ἀλλαῖ: Qui seipsum cognovit, cognoscet & Deum: Deum verò qui cognovit, assimilabitur Deo: assimilabitur Deo, qui dignus factus est Deo: dignus denique fit Deo,

P R A E F A T I O.

Deo, qui nihil indignum patrat Deo, sed qui, ut cogitat, quæ ipsius sunt, ita tam loquitur, quæ cogitat, quam facit, quæ loquitur. 5. Ut *Imaginem Dei nec in nobis ipsis, nec in aliis seu* 5. *Hominis proximo temerè unquam lèdamus, sed potius eandem sincero & ab injuriis constanti amore foveamus, & ab omnibus injuriis protegamus.* ^b*indicatio.*

De quo præter Chrysostomum, hom. 27. super Genesin, per pulchrè ex cap. 9. Genes. v. 6. differit Ambrosius tom. 4. lib. de Noe & Arca cap. 26. *inquiens*: Demonstrat Deus illis verbis hominis naturam sibi esse familiarem & domesticam, quatenus ad *Imaginem Dei* creati sumus, eaq; causa in ultum non fore apud se, quod in domesticum suum videat crudeliter & impiè esse commissum. Causa igitur vindictæ additæ facit, ut primum excludamus Philosophorum quorundam opiniones, qui negant Deum habere curam hominum vel remunerandorum vel puniendorum. Deinde scientes prærogativam nostræ ultiionis apud Deum manere, neque in alios committamus, quod divino judicio vindicandum sit, neque mortem ipsi vehementius pertimescamus, cum sciamus necati hominis innocentis apud Deum non esse contemptum, sed ultionem fore certissimam. Ex eodem fonte fluit illud Clementis Romani lib. 5. Recognitionum: Certi estote, quod qui homicidium facit aut adulterium, & quicquid in hominum pœnam & injuriam vergit, Dei *Imaginē* magnâ impietate violat. Sic omne quod pati non vis, cum facis alii, *Imaginem Dei* ini quis moribus fœdas. 6. Ut *conjunctionem & viciniam illam cum* 6. *Reparatæ Deo per Christum reparatorem Imaginis Dei partā nobis applice-* Im. *divinæ* *mus. Etenim non perpetuò labis Originalis tenebræ piis adhære-* applicatio. *scunt, sed quemadmodum templi Salomonis ædificium post misera bilem devastationem Babyloniam denuò à Zorobabel (qui in eo typum Christi gesit) extructum, & Messie adventu longè splendi dius & gloriōsius, quam ante à erectum fuit, Hagg. 2.v. 8; Ita si gnaculum Imaginis Dei, quod per Adæ peccatum attritum & obliteratum fuerat, rursus per Christum iterat à impressione restitui tur, ut qui credunt in Filium Dei, fiant nova creatura, 2. Cor. 5. vers. 17. divinæ naturæ confortes, 2. Petr. 1. v. 4. gestantes cœ*

(?) 3 lestis

P R A E F A T I O

lestis hominis Imaginem i. Corinth. 15. vers. 49. ac proinde cum Apostolo gloriari queant: Scimus quod neque mors, neque vita &c. nos separabit à dilectione Dei, quae est in Christo Jesu, Rom. 8. v. 38, 39. Unde de Johanne Taulero fertur, quod Diabolus & spectra ejusmodi fugaverit voce: Ego sum Imago Dei, Tu vero Spiritas est rejectus à Deo. Abi igitur & apage, nihil est tibi mecum commercii, Selneccer. in instit. Christian. part. I. pag. 304. Quinimò tempus ἀποκατάστασις πάντων aliquando adveniet, Actor. 3. vers. 21. ubi istius Dei Imaginis, ad quam in hac vita tantum renovari incipimus, perfectius & completus, multumq; illustrior & perfectior quam fuit in Adamo, gradus erit, quando nimirum Christus συμβεφετ nos reddet sibi Philipp. 3. v. 21. Συλληξδην, cognitâ hac doctrinâ de Imagine Dei, optimè τὸ γνῶδι σεαυτὸν exercere & cognoscere possumus, quid homo olim in primigenia creatione fuerit, quid verè proprièg; jam sit, & quid posthac intra & extra regenerationem, tam hujus quam alterius vitæ futurus sit.

Cæterum quamvis ingenii humani perversitas sicut omnes ferè Christianæ religionis articulos, ita præcipue hunc de Imagine Dei & Originali justitia (qui alias ob insignem sui præstantiam non satis, ut B. Lutherus noster alicubi ait, in corruptio-
nis statu intelligi quit) tot otiosis & spinosis questionibus onera-
rit, obscuraverit, deformaverit, tot miris labyrinthis involverit,
totq; sophismatis adeo perplexum reddiderit, ut difficilimum
putetur, quæ sententia divinæ patefactioni & veritati exactè con-
sonet, definire; attamen cum ex decreto Venerande & Ampliss.
Facultatis Theologicæ in Academia Jenensi, de prædictâ materiâ
solennis & inauguralis mihi instituenda esset συζύγτοις, Clariss.
quorundam Theologorum D. D. Præceptorum meorum, in primis
Rungii, Mentzeri, Gerhardi, Meisneri, sequutus vestigia pro
mea quoq; tenuitate operam navavi haud exiguum, ut amplissi-
mam cæteroquin doctrinam, certis aliquot capitibus comprehen-
derem, & demonstratâ prius rei veritate, confessim veterum
recentiorumq; Hereticorum (quibus non credendum, sed quid
eis responderi debeat, diligenter inquirendum, juxta aureum

Augu-

PRÆFATIO.

Augustini monitum libr. I. de Genes. cont. Manich. cap. I.) ac quorumvis à recto tramite hic discedentium errores falce
δεωπνέυσι γραφής resecarem, lucem obfuscatam discussis nebulis sua
nitori restituerem, τελέθρια affabré consuta dissolverem, κεντρού-
γετα, σεροφάς ρώτοφά φάρμακα detegerem, Ε̄ debitā παρενοίᾳ refel-
lerem, in quā re quid præstiterim, penes cordatores esto judi-
cium.

Vobis verò, Viri Illustres, Magnifici, Generosi, Nobilissimi,
Amplissimi ac Prudentissimi, Patriæ Patres dignissimi, hanc
ipsam Theologicam tractationem reverenter & submissè dedicare
volui, causis ad id permotus gravissimis. Vos enim estis Ortho-
doxæ Religionis per D. Lutherum à sordibus errorum perpurgatæ
strenui & constantes in Borussiæ Ducatu Propugnatores, Christi q̄z
ibidem Ecclesiæ & Scholarum magnificentissimi Nutritores. Vos
estis, qui non solum domi, verūm etiam per integrum octennium,
quo peregrinus inter peregrinos hisce in oris vixi, variis benevo-
lentiæ officiis me affectis, & amplioris promotionis spe abundè re-
creastis. Vos estis, qui ut animum ad Theologiam industrios pri-
mùm applicarem, & consequenter postquam aliquis divinæ
gratiæ radius laborib. meis affulsi, studiorum Academicæ præmia
ac summum gradum ambirem præcipui autores & extimulatores
exitistis, inq; eum finem celeberrimæ Universitati Jenensi me sin-
gulariter commendastis. De aliis Vestris tum heroici affectus
erga meam personam indicis, tum potissimum præclaris & exi-
miis in patriam nostram meritis plura nunc non addam, quo-
niam, ut sapientissimum habet Salustii pronunciatum, præstat de
inclytæ Carthaginis laudibus silere, quam pauca loqui. Sanè

In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ
Lustrabunt convexa, polus dum sidera pascet:

Semper honos, nomen vestrum, laudesq; manebunt.
Interim ne tanta vestra beneficia, sicut multoties fieri aſſolet, in-
gratia oblivione sepelire videar, hoc levidense quidem & minimè
condignum, evidens tamen & sincerum meæ in vos observantiae &
devotionis terrena fronte suscipite, mihi q̄z in posterum fa-
vere, mea q̄z studia fovere ac promovere pergit. Christus Je-
sus.

P RÆFAT I O.

Ius aeterna & substantialis Dei Patris Imago, vos afflictæ patriz
Lumina & Ornamenta egregia instar pupillæ oculi sospitet quam
diutissimè, & Sapientiæ, Fortitudinis atq; Cōsilii sui Spiritu in agni-
ta veritate cœlesti & sanctissimo zelo ita deinceps quoq; gubernet,
quò Pietas in choro, Justitia in foro, Honestas in thoro usq; ad
magni Agonothetæ nostri totum orbem judicaturi adventum vi-
geat, floreat, augescat quam felicissimè. Dabam ex Athenæo
Jenensi Prid. Id. Jul. Anno Christi MDCXIX.

VV. Illustr. Magn. Gener. Nob.
AA. & PP.

Submissè addictissimæ

Bernhardus Bernhardi F.
Derschow.



וְתִבְנֵא בָּתְנֵא בָּתְנֵא בָּתְנֵא בָּתְנֵא בָּתְנֵא בָּתְנֵא

ARTICULUS DE IMAGINE DEI & Originali Justitia.

Thesis I.



Ullcherrimè Clarevallenfis Abbas προσέμενος

in devotiss. Meditat. (alias lib. de Anima) cap. i.

Multi, inquit, multa sciunt, & seipsoſ nesciunt.

Alios inspiciunt & seipsoſ deserunt: Deum qua-
runt per ista exterioria, deserentes sua interioria,
quibus interior est Deus. Iccirco jam ab ex-

terioribus redeamus ad interioria, & ab interioribus ad superiora a-
ſcendamus, ut poſſimus cognoscere unde venimus, aut quo vadi-
mus, quid ſumus, vel unde ſumus, & ita per cognitionem noſtri
valeamus peruenire ad cognitionem Dei. Quanto namq; in co-
gnitione noſtri proficimus, tanto ad cognitionem Dei accedimus.

Atque hinc olim Veteres Apollinis ædes ingredientibus legen-
dum objiciebant illud, quod teste Juvenali è cœlo descendit νῶ-
σιστεντοί, id est, NOSCE TE IPSUM; Exeuntibus vero ob
oculos ponebant ē, id est, TU solus, ſcilicet Deus, ES, ad in-
dicandum, tunc quempiam Creatorem ſuum dextrè intelli-
gere, cum in ſeipſum veluti in quoddam Dei templum cogni-
tione intraverit. Confer Aug. lib. 8. de C. D. cap. ii. Lud. Vivis com-
ment. ibidem. Euseb. lib. ii. de præparat. Evangel.

II. Verumenimverò quia hæc ſui notitia de quorumvis fa-
pientum judicio eſt omnium diſcillima, quemadmodum
contra ſeipſum decipere, ut convenienter quidam dixit, eſt
iūſor inārtuſ ſeu omnium facillimum, nos prædicti moniti me-
mores, operæ precluſum eſſe ducimus præſenti Disputatione
paulò accuratiuſ inquirere, & S. Scripturā duce ad examen
revocare, quæ fuerit primi hominis ad Imaginem Dei creati

A

ante

Thomas
Campane
la in prodr.
Philof.

ante lapsum conditio, & quanta per lapsum in eodem exorta ac postmodum in omnes posteros derivata fuerit humanarum virium corruptio, ut ita unicuius nostrum patescat, *quid sibi cung, domi pravig, boniq, repostum.*

*Στρατηγικής
methodi.*

III. Ne autem in amplissimo doctrinæ istius campo abeuntur nos à meadowas divagemur, aut quovis vento temerè agitetur, placet hanc tractationem nostram certis limitibus seu capitibus 10. circumscribere, quorum 1. continebit terminorum Imaginis & Similitudinis περιγραφαν. 2. Diversorum hominis statuum ιστορίαν. 3. Divinæ Imaginis generalem αισθησιν. 4. Originalis Justitiae specialem Δικαιοσύνην. 5. Primum hominem in ea creatum esse δοκίδεν. Reliqua capita necessariarum aliquot quæstionum circa hunc articulum exhibebunt Διαλογισμον, nempe, An solus homo ad Imaginem Dei sit conditus, de quo cap. 6. An mulier quoque ad eandem creata, cap. 7. An Imago Dei seu Originalis justitia sit ipsa hominis substantia, cap. 8. An donum aliquod supernaturale fuerit, cap. 9. An per lapsum Adæ sit penitus amissa, cap. 10. Quibus ζυτίμοσι singulis ad Adversariorum exceptiones nostram subjungemus απαπόχειρα, & ἐπερδοξίας contrariarumque rationum ηπιλυσιν.

Votum.

IV. Unigenitus Filius Dei, qui est ἀπαύγασμα τῆς δόκιμης νοούσας επεκτήσεως τῆς οὐσίας τῆς πατέρος, Heb. 1. v. 3. in cuius lumine videre possumus lumen, Psal. 36. v. 10. sancto suo Spiritu tenebriosos mentium nostrarum oculos splendidissimis divinorum oraculorum radiis illuminet, ut non amplius tenebræ sed lux simus in Domino, accipiamusque intelligendi acumen, interpretandi subtilitatem, addiscendi facilitatem, retinendi capacitatem. οὐ γὰρ καὶ οὐτὲ καὶ οὐ μέτις, καὶ οὐ λόγοι οὐ μάντη, πᾶσαν φρεγονοις καὶ εργασίαις ιπτιμονι, Sapient. 3. v. 16.

CAPUT I.

De vocibus Imaginis & Similitudinis earumdemq, συναντησίᾳ.

V. Quoniam cum de rebus agitur, nominum ratio minime

nimè contemnenda est, à vocis siquidem usu sèpè pròvehimur in
rei perceptionem, teste subtilitatum Magistro Exerc. i. s. i. & ex
nominis interpretatione facilius rei ratio nota fit, dicente eodem
lib. i. de LL. c. 4. ideo tria hoc loco cumprimis circa Imaginem
spectari debent, 1. Etymologia, 2. Homonymia, 3. Synony-
mia, nam hisce membris perfecta cujusvis appellationis expo-
sitio absolvitur.

VI. De Etymologia verò vocabuli *Imaginis* nonnulli
rectè statuūt eam proximè deduci ab imor, à quo postmodū
fit imitor, imitari μηδετω, unde communis nata opinio est
Imaginem dici quasi *Imaginem* vel imitatione agentem, quia
prototypum seu rem cuius est *imago*, imitatur & suo modo
repræsentat, Thomas part. i. quest. 93. Biel. lib. i. d. 3 quest. 9. art.
i. Johannes Altenstaig in vocabulario fol. 109. Hinc apud Justi-
num Martyrem in quest. & respons. ad Græcos legitur: εἰκὼν ἐστιν
ὑπέρ τοῦ άγαλμάτως. Quod præter Festum latinis verbis sic ef-
fert Andreas Placus in Lexico Biblic. super Psal. 72: *Imago pro-
priè dicitur, cuius generatio est per imitationem, sicut filius imago
dicitur patris.*

VII. Ratione homonymias vox *Imaginis* tribus po-
tissimum modis accipitur, quapropter à Bonaventura in com-
pend. Theolog. veritat. l. i. c. 6. & à Castaneo Pictavorum Episco-
po in celebr. distinct. tria ejus constituuntur genera. 1. quædam
est *Imago Aequalitatis* plenissimè habens quicquid habet τὸ δο-
χεῖν ποτε. Sic Filius Dei est *imago Patris* perfectissima per aeter-
nam generationem, Colos. i. v. 15. Hebr. i. v. 2. 2. quædam est
Imitationis. Sic homo per creationem factus est ad *imaginem*
Dei vel *imago Dei*. Consule Ambros. lib. de incarnat. Sacra-
ment. cap. 10. 3. quædam est *Repræsentationis*. Sic mundus
juxta Bonaventuram, creatoris *imago* dicitur & *speculum*,
non in quo se creator compleatur, sed in quo illum créatu-
ræ velut architectum in opere & causam in effectu specu-
lentur.

VIII. Alii malunt *Imaginem* distinguere in Perfe-
ctam & Imperfectam. Perfecta illis est, quæ suum πεπονημένον distinctio
seu (quemadmodum Greg. Nysseni interpres vertit lib. de hom. juxta δ. χρι-
στοῦ οὐρανού)
opif. c. 16.) principis exempli similitudinem refert quantum ad

Imaginis
επυμολογία.

ομοιωματική^a
Imaginis.

speciem & signum speciei. Sic imago hominis ejusdam est in suo filio, qui ipsum in humana specie & figura imitatur. Imperfectam definiunt, quæ suum ~~περιτύπων~~ tantum refert quoad signum, non quoad speciei veritatem. Sic imago hominis est in statua lapidea vel argentea. Priori modo ^{Αρχή}, juxta quandam ~~αναλογίαν~~ Dei sui patris, posteriori vero hominem ejusdem sui creatoris imaginem dici arbitrantur. Confer Job. *Damascenum Orat.* i. & 3. de imaginib. Alii istam dichotomiam adhuc altius ordinunt, & imaginem sumi dicunt 1. Absolutè 2. Relatè, sicque vel substantialiter, vel accidentaliter, & hoc posteriori modo iterum vel propriè, vel impropriè, sc. vel figuratè vel typicè. Vide *Dn. D. Himmeliū Disput.* 7. *Syntagmat.*

*Ευρωπικά
Similitudinē.
nis.*

IX. Notanda quoque hic vocis *Similitudinis* acceptio, quam itidem Scholasticorum ardens lucensque lucerna Bonaventura quadruplicem proponit lib. 2. *Sentent. dist. 16. art. 1. quest. 1:* *Quædam similitudo*, inquit, 1. est per convenientiam omnimodam in natura. Et sic una Trinitatis persona est alteri similis. 2. quædam est per participationem universalis alicuius nature. Sic homo & bruta assimilantur in animali. 3. quædam est secundum proportionabilitatem, sicut nauta & auriga convenienter juxta comparationem ad illa quæ regunt. 4. quædam denique similitudo est per ordinis convenientiam, sicut exemplatum (ignosce lector istius seculi Latinitati) assimilatur exemplari. Primo & secundo modo nulla creatura sit Deo similis, tertio & quarto omnis assimilatur, sed illa quæ assimilatur magis de longinquō, habet rationem vestigij: illa vero quæ de proximo, habet rationem imaginis, & talis est creatura rationalis, ut potè homo.

*Ευρωπικά
Imaginē.*

צְלָם

X. Quod ad Synonymiam attinet, Imago ab Hebreis vocatur צְלָם, quod vel primitivum nomen est, vel (quæ ~~אֲנִירָה~~ aliis magis arridet) derivatum à Rad. צָלַל, Chald. dicitur צְלָם & צְלָמָן, notatque primariò *Imaginem*, *Figuram*, Ein Ebenbild / *Machbild* / secundariò vero & per metonymiam *Umbram*, atq; in lingua Arabica *Caliginem*, *Tenebras* significat, quæ admodū scribit Pineda super Jobi c. 24. v. 17. Affine isti voci est vocabulum חֹזֵאָר, quod tamen ab ea sic distinguit Moses Meimonius itemque R. David Kimchi in lib. *Radicum*, ut חֹזֵאָר significet.

fecit formam alicujus exteriorem, צְלָם vero interiorem, que carnem & sanguinem fugiat. Quò accommodat Wolfgang. Capito in hexaem. p. 276. illud Apostoli 1. Corinth. 2. v. 14. Dicitur etiam alio nomine Hebræis סִמְלָה, unde procul dubio descendit vocabulum *Simile* & *similitudo*. Nam Ezech. 8. v. 5. ubi in Hebræo est סִמְלָה Targum habet צְלָם. LXX. interpretes has voces redundunt per εἰκόνα ab εἴκω, id est, *similis sum*, quod etiam Rabbini Hebraicè efferunt אַיִקּוֹן, & à Rad. יְרֻן (reviruit) deducunt. Alii contendunt Græcam illam dictionem traductam esse ab Hebræo חַקָּה, quod est *Effiguravit*, *fecit imaginem*, haud ineptè, cum periti lingvarum sciant Gutturales אהָרָחָנָה & ejusdem generis plures unius organi literas sæpè & facilimè inter se permutari. Videatur Hieron. de nominib. Hebraic. tom. 3. Oper. p. 429. Latinis ejusdem significationis videtur esse *Imago cum eo*, quod vulgò appellant *Contmfacturam*, censentibus ita Brentio & Luca Osiandro in comment. super Genesin. Item cum *Simulacro*, (quo Cicero vocem εἴκωνα apud Platonem exprimere tentavit) quemadmodū etiā cum *Effigie*, quæ Damasceno sonat εἰκόνη; sed, ut benè monet Beermannus in Orig. LL. & ex Latinitatis principibus Cicerone, Livio & Tacito probat, *Imago plura sub se complectitur, quam Effigies.*

XI. Pari ratione *Similitudo* Hebr. דִמּוֹת à Rad. דִמּה (non דִמְתָה ut Pererius, aut דִמֵר ut Hector Pintus in Ezech. c. 19. pueriliter ineptiunt) id est *Domare* & *ad imaginem redigere*. Forstero in Lexic. neutraliter significat *Quiescere*, sed inveniatur etiam transitivè usurpatum cum ל vel נְאָל pro *conformem esse*, *congruere*, Psal. 89. v. 7. Iesa. 40. v. 18. Et quia qualiscunque congruentia citò transit, significat insuper *Transire*, *desistere*, *cessare*, perindè ut Græcum ἀνοχάζει. Græcis dicitur ὁμοίωσις adhuc latius patens quam *Imago*, à qua ferè differt sicut genus à specie. *Imago* quippe habet similitudinem ejus rei cuius *imago* est: *Similitudo* autem non semper habet ejus *imaginem* cui *similis* est, ait Cassiodorus in Psal. 38. *Ubi igitur est imago, ibi continuò est similitudo*, dicente Augustino lib. 83. quest. 73. sed non contra, ubi *similitudo*, ibi statim *Imago*. Ovum namq; dicitur simile

סִמְלָה

εἴκων

Contrafa-

cturæ.

Simula-

crum.

Effigies.

εἰκόνης.

Simili-

dinis.

דִמּוֹת

ὁμοίωσις

smile ovo, non tamen ovum est ovi *imago*, quemadmodum Be-
da ex Augustino recitat in 2. Epist. ad Corinth. cap. 4. Non se-
cūs atque omnis character figura est, sed non omnis figura est
character. Paulò aliter de hac re differit in p̄petuissimo libro
qui inscribitur, *Altercatio Synagogæ & Ecclesiae*, cap. 4. ubi pe-
tit discipulus à Magistro: *Dā paucis verbis differentiam Imaginis & similitudinis.* Et respondet Magister: *Imago unius imago
est, similitudo autem nunquam minus est quam duorum.* Eadem
tradit Rupertus lib. 2. de Trinit. c. 2. & Alexander ab Ales part. I.
quest. 41. membr. 3. art. 2. Quæ tamen subtilitates nec cum sen-
tentia Mosis Gen. 1. v. 26. nec cum modo loquendi, quo uti so-
let Scriptura, quādo hominem ad imaginem & similitudinem
Dei creatum esse dicit, satis convenient, verūm hīc similitu-
dinis vox fermè est synonymous, atque *imāgīnātīo* & expositio-
nis gratiā ad Imaginis vocem additur. Neque enim in illo ar-
ticulo similitudo differt ab Imagine tanquam res à re, sed tan-
quam explicans ab explicato, sive arguens ab arguto.

*Imago &
Similitudo
in Scriptu-
ris irodovia-
muym.*

Probatur
mostra sen-
tentia con-
tra Pontif.
& Calvin.

3. Argumentum à decretri divini exceptione.

XII. Cæterum quia hoc ipsum impudenter negant plerique Doctores Pontificii, ut & nonnulli ex Calvinianorum primipilis, contendentes Imaginem in Adamo fuisse à similitudine aliquid rē diversum, sicut sentit Hier. Zanchius de Oper. Dei part. 3. lib. 1. c. 1. & quem ipse ibidem citat, Petrus Martyr in comment. super Genes. Ursinus tom. 1. oper. Edit. Heidelberg. p. 62. § 559. Franc. Junius in expl. anal. i. cap. Genes. Pareus in Genes. p. 278. § 279. Pelargus in Idea Loc. comm. p. 44. quibus annumerari potest Phil. Melanthon qui in annotat. super Gen. nondum se constituisse dicit, quid sibi ista loquendi figura velit, tandem tamen imaginem per naturam sapientia perfusam definit; nos sententiam nostram aliquot argumentis roboramimus.

XII. Primum esto: Sicut se habet divinum de creando homine decretum, ita quoq; ejusdem decreti se habet executio, *Iesa. 48. v. 11.* Jam verò in divino decreto utrumque vocabulum *Imaginis* & *Similitudinis* effertur *Gen. 1. v. 26.* at in executionis descriptione vocabulum *Similitudinis* reticetur, contrà *Imaginis* vox bis repetitur, *vers. 27.* cum nihilominus in utroq; versiculo ob convenientiam divini decreti cum exec-

utione unum idemque Moses enarret. Ergò vocabula ista non significabunt res inter se diversas. Ubi obiter notandum non committi ad dictionem in illis verbis : *Creavit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creavit illum*, sed Moses de industria tali repetitione usus est, ut antecedentis Hebræi pronominis seu affixi quod interdum relativè IPSIUS, interdum reciprocè SUAM significat, ambiguitas tolleretur, & ita protoplastum non ad alterius cujusdam, sed Dei imaginem creatum esse certò constaret. Confer *Paxillum in Monomachia de SS. Trinitat. tom. I.*

XIV. Deinde sacer codex non tantum in primo Genes. cap. sed etiam alibi utrumque Imaginis & Similitudinis vocabulum ad unam eandemque rem declarandam sine ulla significationis differentia connectit, hinc sit ut interdum in casu eodem, sicut *Genes. 1. v. 26. & cap. 5. v. 3.* Interdum in casu diverso, ut *Sapient. 2. v. 23.* conjuncta inveniantur. Ergò in articulo de Imagine Dei vocabula ista aliquid diversum non important. Äquipollentia enim phraseos arguit äquipollentiam sensus, maximè in his dictis, in quibus & phrasium ordo propterea est permutatus, nam *Gen. 1.* procedit imago & sequitur similitudo, *Genes. 5.* præcedit similitudo & sequitur imago.

XV. Tertiò. Quemadmodum *Gen. 1. v. 27.* nomen Similitudinis in voce Imaginis includitur, ita in aliis quoque verbi divini locis similitudo sub imagine, ut *Gen. 9. v. 6. & vi-*cissim *Imago* sub similitudine comprehenditur, ut *Gen. 5. v. 1. Jacob 3. v. 9.* Et sèpè ita fieri videoas Hebraicè, ubi duo vocabula conjuguntur, ut alteri Δ alteri Δ præponatur, ait Doctissimus lingvæ sanctæ in Parisensi olim Academia Professor Mercerus in comm. super Genes. pag. 32. Ergò cum *Spiritus S. qui vocis scientiam habet, Sapient. 1. v. 7.* ista vocabula pro diversis in significando non agnoscat, neque nobis novas corundem significations fingere erit licitum.

XVI. Excipit ad hoc argumentum Adamus Contzen, Jesuita in defensione Bellarmin. pag. 81. frivolum id esse : Significationes illæ quandoq; confunduntur, ergo semper : ergo etiam,

2. Argumentum à vocabulorum permutatione.

3. Argumentum ab unitate vocabuli in altero inclinacione.

Exception
Contzenq;

tum

- Reffensio I.** *cum eodem loco voceſ ponuntur, cum junguntur diuerſis particulis, diſtingui non debent.* R. Nos non ita crassè ratiocinamur; *Quandoq; iſtæ voceſ in ſcripturis idem ſignificant. Ergò ſemper.* Sed principaliter urgemuſ locum *cap. 1. Genef.* ubi ſimilitudo imaginis ſubjicitur non prorsus otioſe, vel, ut *Zanchius part. 3. hexaem. lib. 1.c. 1.* loquitur, *ſupervacanē*, neque interim diſtin-
Vox simili- *tionis, ſed explicationis & limitationis ergò.* Etenim quia
tudinis cur *imaginis ratio varia nec omnis prototypo ſimilis eſt, iſcīrcō*
imagini *Deus mentem humānam in veri ſenſu inquiftione divagari*
adyciatur. *prohibuit addendo ſimilitudinis vocabulum, quo per Epexe-*
gesin innuitur. 1. *talem fuifſe in initio hominem creatum, ut*
in ipſo Imago creatori exacte ſimilis reperiatur. 2. *Eundem*
non eſſe ſubſtantialem Dei imaginem, qualis eſt Filius Dei æ-
qualis & ~~omoūti~~ Patri, ſed accidentalem ſeu ſimilitudinariam.
Quæ noſtra ſententia firmiter ſtat, donec contrarium demon-
ſtretur. Porrò quod addit Jesuita, duas voceſ ejusdem ſignifi-
cationis non poni in eodem loco, id vanum eſſe oſtendemus
infra theſ. 23. & refutatur non ſolū Merceri ſed & Genebrar-
di regula, quam habet in Expos. Psal. 107. p. 446. comment. ubi
inquit: Hebræi duo ſubſtantiva ejusdem ſignificationis conju-
gunt ad declarandam ipſorum excellentiam. Et miſerum tandem
eſt illud ~~μεταφύτων~~, quod in diuerſis particuliſ per ſe nihil ſigni-
ficantibus quaerit Moguntinus Professor, tam exili baſi tan-
tum Colouſſum ſuperſtruens, cum de vocebus Categorematiſis
& principalibuſ hīc diſceptetur. A syncategorematiſis verò ad
categorematiſa argumentari eſt ~~απόστριψις~~.
- 4. Argu-** XVII. Quartò. Sicut Adam Sethum ad imaginem &
mentum ab ſimilitudinem ſuam genuit *Gen. 5. v. 3*; ſic Deus hominem ad-
hominum Imaginem & ſimilitudinem ſuam creavit, *Gen. 1. v. 26*. Atqui
ante & poſt Adam ejusmodi ratione genuit Sethum ad imaginem & ſimi-
lapſum col- litudinem ſuam, ut hæc (quæ tum in Adamo erat iræ & ma-
latione. ledictioni divinæ obnoxia) non ſignificaret ab iſta rem di-
verſam. Ergò ſic quoque Deus hominem ad ſuam imaginem & ſimilitudinem creavit, ut hæc ab iſta rem diuerſam non de-
notaret.
- 5. Argu-** XVIII. Quintò. Quicquid notat Imago Dei in homi-
mentum ab ne renovato, id quoque ſignificat in homine recens creato.
Atqui

Atqui in homine renovato notat non animę substantiam, sed novas qualitates seu similitudinem, quae in donis & virtutibus, Cognitione videlicet. Dei, justitia, sanctitate verā consistit, teste Apostolo 1. Cor. 15. v. 49. Ephes. 4. v. 23. Col. 3. v. 10. qui etiam indifferenter ad novum ex Christo hominem accommodat vocem Imaginis non minus quam similitudinis, sicuti videre est Rom. 8. v. 29. 2. Cor. 3. v. 18. Col. 3. v. 9. &c. Ergo Imago Dei quoque in homine recens creato de similitudine & virtutibus est accipienda.

XIX. Ex quibus quinque fundamentis nostris Bellarmi-
nus ne unicum quidem attingit, sed quasi nihil sibi obstat, tom. 4. controv. lib. 1. de Gratia primi hominis (in quo libri titulo fraudulenter & dolosè occultat Jesuita suum virus, quod in subsequentibus controversiis spargit, contra loquendi modum & stylum Spiritus S. qui nullibi in scripturis de Originali justitia verba faciens, eam vocat hominis gratiam, neque uspiam gratiam hominis, sed tantum Dei & Christi prædicat Aet. 15. v. 11. 1. Cor. 15. v. 10. 2. Cor. 12. v. 9. Eph. 2. v. 8.) cap. 2. defendere laborat, Imaginem ad naturam seu substantiam intelligentiae & voluntatis, Similitudinem ad sapientiam & justitiam referendam esse. Pro hac sua opinione adducit autoritates decem Patrum scilicet 1. Irenæi ex lib. 5. adv. hær. c. 6. 2. Cypriani serm. de bon. pat. 3. Ambrosii de dign. condit. hum. c. 2. 4. Basiliij hom. 10. Hexaem. 5. Hieronymi comm. in Ezech. c. 28. 6. Chrysostomi in Gen. hom. 9. 7. Augustini contra Admant. c. 5. 8. Eucherij lib. 1. in Gen. 9. Damasceni lib. 2. de fide c. 12. 10. Bernhardi serm. 1. de annunciat. Inde postmodum sequentem necrit corollam: Tot patrum testimonijs cogimur admittere non esse omnino idem imaginem est similitudinem, sed imaginem ad naturam, similitudinem ad virtutes pertinere. Singula ista arripuit etiam Thomas Stapletonus in Explic. cathol. Loc. comm. p. 5. & Adamus Contzen in defens. Bellarm. cont. Pareum.

XX. R. Plurima desideramus in hoc Bellarmianiano dis-
cursu. 1. Argumentationē suam nō è Dei omnipotentis epistolio ad
creaturam suam prescripto (sic Gregorius Magnus Sacram scri-
pturam ex Augustino lib. 4. Epist. 84. appellat) Jesuita effert, sed

B

hominis res
novatione.

Opinio Bel-
larmini de
discrimine
Imaginis &
Similitudi-
nis.

Ejusdem
probatio ex
Patribus.

Generalis
Refutatio
opinionis
Bellarmi-
anæ,

ex

Patrum te-
simonia
scriptura
non pafe-
renda, sed
postponen-
da.

Imago Dei
vel κυριος
vel ἀνθρωπος
sumitur.

expræconcepta opinione & conglomeratis Patrum dictis in id infert. 2. Totum argumenti robur, quo nos cogi vult, in mero testimonio humano collocat, cum tamen quod de scripturis autoritatem non habet, eadem facilitate contemnatur, qua probetur, ut Hieronymus loquitur in cap. 23. Matth. tom. 6. oper. p. 51. Idem D. Augustini est judicium. Hic enim ad autoritatem Cypriani, (quam in primis etiam hoc loco urget Bellarminus) Cresconio Grammatico rotundè respondet lib. 2. c. 32 : Ego. Cypriani autoritate non teneor: quia literas Cypriani non ut Canonicas habeo, sed eas ex canonicis considero, & quod in eis divinarum scripturarum autoritati congruit, cum laude ejus accipio: quod non congruit, cum pace ejus responso. Huic Augustini ~~pius~~ conformia veterum monita collegit magno numero gravis Theologus Dn. D. Chemnitius part. 1. Exam. concil. Trident. de Scriptura pag. mibi 70. & seqq. 3. Magister sententiarum lib. 2. dist. 16. §. 2. 3. Bonaventura tom. 4. Oper. p. 200. Johannes Altenstaig. in vocabul. Theolog. fol. 109. Pererius in Genes. l. 4. p. 122. Edit. Coloni. patentur, & res ipsa luculentum dat suffragium, Patres inter se in præsenti articulo. minimè convenire, dum alii per Imaginem Trinitatis essentiam, alii Filium Dei, per similitudinem Sp. Sanctum intellexerunt. Contra Augustinus lib. de Spir. & anim. c. 10. & in Dial. ad Oros. quest. 18. Item tr. 4. super 1. Johan. Epist. Imaginem in cognitione veritatis, similitudinem in essentia confidemt, non secus atque Alcvinus quest. in Genes. & Giselbertus lib. Altercat. c. 4. Imaginem in scientia, Similitudinem in substantia statuunt. Vide centur. 9. Magdeburg. c. 4. p. 124. Pelarg. in Damascen. lib. 2. c. 12. 4. Ακυρολογια in Patrum scriptis est creberrima. Discernendum igitur inter Imaginem Dei κυριος, specialiter ac propriè dictam, & ανθρωπος, generaliter ac impropriè ita denominatam. Priori respectu hominis anima, quatenus est substantia spiritualis, intelligens, immortalis, sicque εἰ μάτη ad imaginem Dei condita dici potest, quemadmodum omnis creatura suo modo creatorem representat; non verò posteriori respectu seu exquisitè, de quo tamen jam controvertitur. 5. Omnes decem à Bellarmino citati

citati Patres Imaginem & similitudinem pari ratione non distinguunt, quod modò in aliquot Augustini locis notavimus, & quidam obscurius sermocinantur, immò ex universo choro vix tres subtilitatem illam Jesuiticam quoad speciem redolent, quemadmodum ipsa verborum accuratior inspectio quemvis docere poterit. 6. Non levis suspicio est, Cardinalem Romanum in excerptis quibusdam locis è patribus crimen falsi commisiss. Etenim apud Irenaeum (cui Autori Bellarminus lib. 3. de Verbo Dei cap. 8. similiter aliquid affingit, quod Irenæus hæreticis aperè tribuit) lib. 5. cap. 6. ne & quidem de Imaginis & Similitudinib. distinctione legitur, contra verò & Imaginem & Similitudinem nos in Adamo perdidisse expressè asseritur lib. 3. adv. hæref. cap. 20. 7. Nec quicquam ad rem facit locus Cypriani, in quo dicit, Adamum sub peccato DEI similitudinem perdidisse. An propterea non perdidit unâ Dei Imaginem? Ineptissima hæc ab inclusione unius subordinati ad exclusionem alterius collectio. 8. Ambrosii liber de dign. condit. hum. præterquam quod à viris doctissimis pro spurio habeatur, cuius rei apertum indicium præbet ipsa ιππηφη, non dicit cap. 2. Imaginem Dei esse in natum trium animæ facultatum, prout astutè iterum citat Bellarminus, sed hominem in sua natura, in tribus animæ facultatibus (tanquam subjecto) Dei Imaginem gerere, quod longè aliud est nobisque non repugnat. Quid? Si Ambrosius Imaginem Dei ad essentiam seu substantiam animæ facultatum restringeret, nonnè sibiipsi manifestò esset contrarius, quando lib. 6. Hexaem. cap. 7. scribit, Adamum per lapsum deposuisse Imaginem cœlestis, & sumpsisse terrestris effigiem. Item quando Imaginem Dei vocat Virtutum formam lib. de fuga seculi cap. 4? 9. Basili sententia (quam ex Scholasticis sibi appropriat Alexander ab Ales part. 2. quest. 96. membr. 1.) evertit ipsius Bellarmini in hoc negotio μέγα λιαν αύτημα. Nam Basilius homil. 10. hexaem. ideo in cap. 1. Genes. vers. 27. nullam similitudinis factam

Specialis
responsio ad
dictum Ire-
naei.

Cypriani.

Ambrosii.

Basili.

esse mentionem pronunciat, quia *imago*, quae est ipsa *natura
mentis & voluntatis*, à solo Deo fieri potuit. Similitudo autem quæ
in virtute & probitate consistit, à nobis quoq[ue] perficitur. Bellarmi-
nus econtrà Similitudinem hanc de donis supernaturalibus, &
de gratia gratum faciente Adamo collata nullo interveniente
merito explicat. Iccircò si hoc stare debet, necessum est simili-
tudinem in potestate Adami non fuisse, neque à nobis hodiè
perfici posse. Taceo Basilii interpretationem contrariari de-
creto divino, quod erat, ut homo crearetur ad *Imaginem &
Similitudinem Dei*, non viribus humanis demum assequendam,
sicut Pelagius olim somniabat, sed eam ex gratia collatam
possidendam, unde *Genes. 5. v. 1.* ipso actu ad similitudinem
Dei disertè creatus, non autem jussus dicitur, ut seipsum ad si-
militudinem illam conformaret. *Conjunge Scultetum part. 4.
medul. Patrum p. 247. 10.* Ex Hieronymo similiter falso huc
trahitur *Comment. in Ezech. c. 28.* quoniam non solum ex a-
liorum mente ibidem disputat, quemadmodum patet ex illis
verbis: *Quidam sic intelligunt &c.* verùm etiam exemplò ad-
jicit, *Regem Tyri nequaquam habuisse Imaginem & similitudi-
nem Dei.* Quomodo igitur Hieronymus Dei *Imaginem collo-
caret* in intelligentiæ & voluntatis essentia, quippe quæ, ut in
quovis homine, ita etiam in rege Tyri perpetuò remansit,
quamdiu ipse mansit superstes? II. Patribus reliquis compre-
hensim (omnia enim loca speciatim examinare magis proli-
xum & operosum, quam necessarium aut fructuosum foret)
opponimus Patres, quorum haud pauci nobiscum ipsam di-
vinæ *Imaginis rationem* non in animæ essentia, sed in ejus vi-
ribus & virtutibus ponunt, *Cyrillus lib. 9. in Job. & lib. 4. thesaur.
6. 1. Procopius Gazeus in Octateuch. pag. 39. Anshelmus in cap. 5.
Matth. Cæsarius Dial. 3. &c.* Agnovit hoc undecimum respon-
sionis nostræ membrum Jesuita in Patrum scriptis versatissi-
mus Maldonatus super cap. 15. *Luca v. 13.* scribens: *Ambr. Aug.
quemadmodum & multi veteres autores, Imaginem Dei non Na-
tum ipsam, sed morum conformitatem appellant, & D. etiam
Paulus sic appellare solet 1. Cor. 15. v. 49. & 2. Cor. 3. v. 18. Col. 3. v. 10.*

12. Acce-

xx. Accedit postremò testimonium quorundam Papicolarum, inter quos Jesuita Ben. Pererius veritatis splendore perfusus rejectis Romanensium nugis nostram amplectitur & aliquot argumentis roborat sententiam, nempe vocem Similitudinis in cap. i. Genes. ιενγητινῶς νοῦ νοῦτ' ἐνθεωρεῖ usurpari, tandemque his formalibus concludit: *Manifestum est harum vocum Imaginis & Similitudinis eandem esse vim & significationem, easq; hoc loco ad idem significantius, expressius & illustrius declarandum esse positas.* Comm. in Genes. lib. 4. p. 122. dist. 24. Pererii vestigiis fideliter insitit Cornelius à Lapide super cap. 4. Epist. ad Ephes. p. 538: *Imaginem, inquiens, & Similitudinem multi distinguunt, sed dico esse bendyadin, quasi dicat, Faciamus hominem ad imaginem similitudinis nostræ, ut loquitur Sapiens c. 2. v. 24. id est, ad imaginem valde similem, aut simillimam nobis.* Ex quibus & alijs scripturæ dictis Gen. 5. v. 1. Eccles. 17. v. 1. Col. 3. v. 10. colligitur, *Imaginem à similitudine non distinguvi: Hæc omnia idem Lovaniensis Jesuita ferè ad verbum repetit in comm. super Gen. p. 25. Vide etiam Bonaventuram in Hexaem. tom. 1. Oper. pag. 18. col. 2. Alphonsum de Castro lib. 2. adv. her. tit. Adam. Vasquetz in 1. 2. Thomæ, tom. 1. disp. 137. num. 14. Ludov. Carbonem lib. de Interiore homine cap. 36.*

XXI. Nondum verò ista adversus Lutheranum Jubilæum miserabiliter pangentem & plangentem Jesuwitam Adamum Contzen permovere potuerunt, ut cum prænominatis sui ordinis hominibus repudiata falsitate gloriam redderet Deo & Spiritui sancto, qui cum aliis Religionis articulis, etiam hunc ipsum de Imagine Dei per ministerium Lutheranorum Theologorum à Papatus tenebris repurgare, & pristino nitori è scripturis de prompto restituere voluit; quin potius ipse, quo fortius premitur, eo acerbius reluctetur, duo nobis objiciens nova, & suo Magistro quoque Bellarmino hactenus ignota argumenta: 1. Vulgatum interpretem & LXX. duas istas voces (Imaginis & Similitudinis in cap. i. Genes.) ut diversas acciperez. Ipsas particulæ Hebreas η & θ, quæ vocibus præponuntur, diversitatem indicare, & proinde nec copulam additam esse.

XXII. R. Ut undequaq; fumos colligat Jesuita, ad nostram

Cadmat
fratres in-
ter se pra-
lia miscent.

Adamus
Contzen in
defens. Belo
larm. p 80.

Respons ad.

**Cavillum
princeps.** tamen lucem ex verbo Dei antea adductam protinus evanescent. Dico igitur ad primum cavillum, Vulgatum Latinum ut & LXX. Græcos interpres non esse authenticos, cum infinitis erroribus & vitiis eorum versio, tam in categorematicis quam syncategorematicis vocibus scateat, quod posterius praeter alios evidenter demonstravit Abr. Gibelius in thesaur. *Dicit. lit:* ב. Contra nos igitur, qui limpidis Israelis fontibus unicè adhærescimus, valet nihil. Insuper verum non est, Vulgatam vel LXX. versionem nobis hoc in loco contrariari. Ista enim habet: *Ad imaginem & similitudinem.* Ubi nulla apparet vocum diversitas. Fortè conjunctio ET semper diversa connectit? Falsum & hoc. Immò familiare est Spiritui sancto in scripturis loquenti, duo substantiva tanquam diversa per copulandi particulam conjungere, ut tamen alterum significationem adjectivi habeat. V. g. *Prov. 3. v. 3: Misericordia & veritas non deserent te, id est, Misericordia vera.* *Jerem. 19. v. 11: Dabo vobis finem & expectationem, id est, finem expectatum.* Et c. 22. v. 3: *Facite judicium & justiciam, id est, Judicium justum.* Ita etiam *Gen. 1.* dicitur: *Ad Imaginē & similitudinē, id est, Imaginem admodum similem,* quod LXX. quoque suā hac versione κατ' εἰκόνα ἱματίου, καὶ κατ' ὄμοιωσιν, denotatum volunt.

**Roff. ad eas.
Cavillum po-
sterius.**

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

vocabulum Similitudinis, præter supra assignatam causam, etiam propterea Genes. i. Imagini annexum existimant, ut finis creati hominis eâ phrasí innuatur. Conditus namquè omnino est homo, non ad hanc solummodò vitam instar cæterorum animantium, sed ut in ipso veluti speculo radii divinæ justitiæ, sapientiæ & perfectionis æternū emicarent. Quo spectat diligens B. Lutheri observatio de Zalem & Demuth supra cap. 5. Genes. quantumvis ista absoluto suo Reprobationis decreto impiè labefactare conentur Calviniani, ut prolixè ostendit Sever. Sluterus in antith. cap. 6. Indè tamen continuò inferendum non est, quod Bellarmini faciunt mancipia, talem esse inter Imaginem & similitudinem diversitatem, ut Imago ipsam substantiam animæ ejusque facultates, similitudo verò dona & accidentales facultatum perfectiones demotet.

CAPUT II.

De diversis Hominis statibus.

XXIV. Explicatâ vocum Imaginis & Similitudinis naturâ, videndum nunc nobis quid sit Imago illa Dei, ad quam homo in scripturis conditus legitur. Quod ipsum ut rectius percipiatur, initio considerandi veniunt varii hominis status, id est, certi modi & conditiones humanæ naturæ, quæ præsens argumentum maximè illustrabunt. Hinc gravis apud Bernhardum lib. de anima cap. 65. extat admonitio : *Discito quid sis, quid fueris, quid esse debueris, quid esse poteris. Quid fueris per naturam, quid modo sis per culpam, quid esse debueris per industriam, quid adhuc esse possis. per gratiam.*

XXV. Istan autem conditiones diversi Autores diversimodè reeissent. Nonnulli n. triplicem hominis statum consti-
tuunt. Primum appellant *Confectionis* seu naturæ institutæ in Adamo antè lapsum. Secundum *Defectionis* seu naturæ destitutæ in Adamo post lapsum. Tertium *Refectionis* seu naturæ restitutæ

*Statū ho-
minis qui
dam confor-
munt tręa.*

per

*Quidam
quatuor.*

per Christum scilicet in renatis, in hac quidem vita inchoati-
vè, in altera consummativè. Vid. *Alexandr. ab Ales* part. 2.
quest. 85. memb. 2. Thomas 3. Summa quest. 13. art. 2. Alstedius in
Lex. Theol. c. 4.

X X V I. Nonnulli & quidem plerique omnes cum Con-
cordiæ formula quadruplicem eum volunt. 1. *Integritatis* ante
lapsum, qui erat felix. 2. *Corruptionis* post lapsum ante regene-
rationem, qui est infelix. 3. *Instauracionis* post regenerationem
in hac vita, qui partim felix propter spiritum, partim infelix
propter carnem. 4. *Eterna durationis* post resurrectionem in
altero seculo, qui erit beatis felicissimus, econtrà damnatis in
sempiterno cruciatu miserrimus. Vel ita: Agit status primus de
gratiæ collatione, secundus de gratiæ ablatione, tertius de
amissiæ gratiæ restauratione, quartus de restauratæ gratiæ con-
summatione. Huc spectat quod *Augustinus lib. Expos. proposit.*
ex Epist. ad Roman. & quest. 63. hominem consideret 1. ante
legem. 2. sub lege. 3. sub gratia. 4. sub pace seu vita æterna. Confer
Centuriatores Magdeburgenses cent. 1. lib. 2. c. 4. & cent. 12. c. 4.
Selneccer. in Institut. Christ. part. 1. p. 311. Dn. D. Gerhardum Præ-
ceptorem nostrum parentis loco honorandum in *L. de Lib. ar-*
bitr. p. 894.

*Quidam
quinq.*

X X V I I. Nonnulli quintuplicem humanæ naturæ sta-
tum proponunt. 1. est status *Innocentiae* sive naturæ incorru-
ptæ, in qua Adam felix creatus fuit. 2. *Miseriae* sive naturæ cor-
ruptæ, quam per peccatum Adam attraxit. Et hunc statum Pau-
lus sub phrasí *Veteris hominis* exprimit, *Rom. 6. v. 6. Ephes. 4.*
v. 22. 3. Status *Gratiae* sive naturæ restitutæ, qualem restitutio-
nem sortiuntur pii in hac vita. 4. *Gloriæ* sive naturæ glorifica-
tæ, quam iidem perfectissimè accipiunt in vita æterna. 5. Sta-
tus *Ignominiae* sive naturæ damnatae, quæ omnibus impiis in
inferno æternum adhærebit. *Dn. D. Meisnerus disþ. 1. Anthro-*
pol. quest. 1.

*Quidam
quinq. sta-
tus per di-
xotomiam dis-
censum.*

X X V I I I. Nonnulli deniquè quibus dixotomia arridet, in-
ter quos *D. Petrus Piscator* disþut. 3. *inform. concord.* p. 127. di-
cunt hominem considerari vel antè lapsum, unde status primus,
vel post lapsum, idg. vel in hac vita, vel in futura. Status in hac
vita

vita iterum est vel hominis convertendi, unde status secundus; vel conversi, unde status tertius. In futura vita est hominum vel glorificatorum, & hic est status quartus, vel damnatorum, & hic est status quintus. Ex quibus apparet summam in reipsa esse consensionem. Nam duo tantum sunt hominis status, si pri- *Predictori*
mā Dei intentionem respicimus, qui voluit, nō ut homo prius *conciliatio*,
laberetur, (quod Calvinianorum delirium jamdudum ex no-
stris Ecclesiis explosum est) sed ut ex statu & via obedientiæ, ad
statum & viam vitæ in cœlis æternæ *apicis*, perduceretur. Tres
sunt status, si hominum conditiones tantum in hac vita atten-
dantur. Quatuor sunt, si status post hanc vitam præcedenti-
bus simul annumeretur. Quinq; sunt, si omnium hominum
conditiones tām ante quām post lapsū, tām in hoc quām fu-
turo seculo considerentur.

XXIX. In hoc verò, sufficientissimo quamvis, quinario *Pererii dis-*
statuum numero acquiescere recusat Jesuita *Pererius*, sextu- *sisio statū,*
plicem ipse humanæ naturæ statum præpostorè afferens: *Ante*
omnia, inquit, *scire convenit*, *sex humanæ naturæ status animo*
figi & cogitatione designari posse, *quorum alii reverā aut sunt*,
aut fuerunt, aut erunt aliquando; *alii verò nec sunt, nec erunt*,
nec fuerunt unquam, sed esse tamen possunt. *Primus status est ho-*
minis sine gratia Dei, & sine ullo peccato constituti: quam in
Scholis appellant statum hominis in puris naturalibus. *Alter est*
hominis propter Adami peccatum vitiati & corrupti. *Tertius est*
hominis habentis naturalem integratatem rationi congruentem.
Quartus est hominis justitia Originali prædicti & ornati. *Quin-*
tus est hominis per gratiam Christi à peccato Adami liberati, & à
vitiis sanati. *Sextus est hominis usq; ad cœlestem gloriam & divi-*
næ naturæ conspectum proiecti atq; perducti. Hactenus *Pererius*
tom. 1. lib. 5. in Gen. de Orig. justit. p. 190. dist. 87.

XXX. Verum quid est ex Schola Spiritus sancti & ve- *Refellitur*
ritatis Theologicæ facere Poëtarum & fabularum officinam, si *opinio Pe-*
hoc non est? Sanè si in hoc negotio fingere liceat, & talia af- *reriana*,
ferre, quæ nec sunt, nec fuerunt unquam, nec erunt, utique
non sex, sed centum, sed mille, immò infiniti hominis status
excogitari possent, quod tamen quām sit absurdum quivis cor-
datus intelligit:

C

Ex

Ex uno Domini vera est sapientia verbo,

Humani cerebris omnia abite procul.

2. Deinde si Philosophis turpe est aliquid in natura censum inveherre, sine manifesta necessitate, ut Scaliger monet Exerc. 61. sct. 1. multò magis id erit deformē in Theologo, qui haud quicquam addere vel detrahere debet Scripturæ, Apoc. 22. v. 18, 19. Adhæc in puris naturalibus, h. e. ut Pererius explicat, sine gratia Dei, & sine ullo peccato homo non solum non extitit, fatente ipso, & Bellarmino de Grat. primi hominis cap. 7. (Etiam si in eo quoq; à se dissentientes habeant Scholaisticos, Hugonem de S. Victore lib. 1. de Sacram. part. 6. Bonavent. libr. 2. sent. dist. 29. art. 2. quæst. 2. Scotum ibid. quæst. unic.) sed etiam existere haud potest, quandoquidem cum Dei bonitate & providentia pugnat, ut homo ei neq; placeat neq; displiceat. Quinimò quid est homo sine gratia Dei, nisi quod fuit Petrus cum negaret Christum? ait rectissimè Jesuita Johannes de La Haye in triumpho veritat. cap. 174. not. 5. p. 281. Præterea tertius quoq; status supervacaneus est. Etenim per naturalem integritatem vel intelligit Pererius concretam Dei imaginem, atq; sic spectat ad statum ipsius quartum, sive nostrum primum; vel amissæ imaginis reliquias, atq; sic ad statum secundum aptè refertur. Denique omittitur à Jesuita status post resurrectionem damnatorum, qui tamē in perfecta enumeratione non erat negligendus. Pererii igitur statuum divisio partim latior, partim angustior est, adeoq; tota ut vitiosa rejicienda.
- 5.
- 6.

*Status In-
nocentie
cur felix?*

XXXI. Retinemus proinde nostram distinctionem, & depositis quatuor posterioribus, primum saltem *Innocentie statum* hac vice potissimum contemplabimur, qui felix & beatus prædicatur quadruplici de causa: Ob conditionem 1. *Anima*, quia homo in eo donatus fuit à Deo anima spirituali, rationali, immortali, intelligente, justa & sancta. 2. *Corporis*, quod laudabili *discretione* ornatum, & contra cuiuscunq; etiam generis injurias ac morbos probè instructum erat. 3. *Vitæ*, quam in verâ veri Dei agnitione, invocatione, celebratione, in motuū & actionum summa conformitate, in maxima spiritualium pariter & externorum bonorum affluentia sine satietate ac molestia agebat. 4. Ob conditionem *habitationis*, quam Deus com-

mo-

modissimam in amoenissimo horto Eden Adamo concessit, cui
loco nihil homini optabile deerat, sed potius erat *omnis letitiae*
ac voluptatis promptuarium, & universæ sensibilis venustatis ex-
cedens captum, quemadmodum Basilius loquitur in orat. de Pa-
nido. Quia v. tres priores, ex his modò enumeratis, conditio-
nes communiter sub nomine Imaginis Dei ab Orthodoxis
Theologis comprehenduntur, agedum rem proprius acceda-
mus, & quæcunq; ad veram Imaginis divinæ intelligentiam.
façiunt capita excutiamus.

CAPUT III.

De imaginis divinæ quidditate, in quibus con- *stat, & quæ ejus causa?*

XXXII. Cum δόξιος sit τῆς θείας γνώσης, ut Stagirite
habet effatum, 2. post. Anal. cap. 3. §. 7. καὶ ἡ γνώση χάριν δόξι-

μος διπλού, ut idem tradit 6. Top. c. 1. §. 6. melius tractationem
propositi nostri thematis percipere non possumus, quam ut
necessariis illis in cap. 1. & 2. præcognitorum loco præmissis,
nunc ipsam ἀνέπολιν, scil. definitionem *Imaginis* Dei subjicia-
mus, & in quibus ea consistat, dispiciamus. Ex plurimis vero
Orthodoxorum Theologorum Scripturæ consentaneis Ima-
ginis divinæ delineationibus, sequentem præcipue nobis pla-
cket feligere. *Imago Dei in primo homine fuit omnium animæ & Imag. Dei*
corporis virium naturalis integritas, atq; cum Deo ἀεχετύτη excel- descriptio.
lens conformitas, homini impressa ad perfectè agnoscendū & simul
diligendum Deum creatorem suum, itemq; proximum.

XXXIII. In qua descriptione secundum ordinem singulæ ^{οὐπονούσιον κύρων}
debent notari causæ. (a) *Efficiens* est Deus Ter Opt. Max. qui si- ^{seu Efficiens}
cut in initio omnia fecit valde bona, Gen. 1. v. 31. ita in primis ho- ^{principalius}
minem divinam naturam repræsentare voluit, ut esse ^{est Deus.}
בְּצִלְמֹת כּוֹמֹרֶת יְהוָה In Imagine juxta similitudi-
nem Dei Genes. 1. vers. 26, 27. cap. 5. vers. 1. Sir. 17. v. 1. Sap. 2,
v. 23. Col. 3. vers. 10. Atq; hinc Deus Adamum non, ut cætera
animalia, nudo iussionis verbo, FIAT, sed tanquam *ταυτογένης*
& miraculum omni miraculo majus, Augustinus libr. 10. de civit.
Dei cap. 14. & libr. 4. confess. 14. prævio consilio, vel

C 2 ut

ut Tertullianus lib. 2. adv. Marcion. loquitur, familiari manu condere voluit, FACIAMUS, inquiens, hominem ad imaginem, NOSTRAM. In Hebræo est verbum τοῦτον à Radice τοῦτον, id est, ornatè, eleganter & decenter facere, ad indicandum, egregio Imaginis Dei ornatu in prima creatione hominem productum esse. Vid. Gregor. libr. 9. moral. c. 27. Ambros. in Psalm. 118. serm. 10. Rupert. lib. 2. de Trinit.

*ratione p̄dōr
seu mātē
riale totus
homo.* XXXIV. (5) Subjectum sive materia in qua (materialiè totus homo) riam enim ex qua propriè nullum habet accidens, quemadmodum nec res spiritualis) imaginis divinæ est Adam *h̄as non
zalig niger*, vel totus homo, non tantum quoad animam, sed etiam quoad corpus, licet in ista primariò, in hoc secundariò Dei imago refulserit. Probatur hæc nostra assertio. 1. quia Moses Genes. 1. v. 27. de toto homine indiscriminatim pronunciat: *Creavit Deus hominem ad imaginem suam*. 2. Deus non demum post formatum corpus humanum creatorus animam dixit: *Faciamus hominem ad nostram imaginem, verùm antè creationem tām corporis, quām animæ, suum illud decreatum dictis formalibus exponit*. Igitur ad utrumq; Imago Dei refertur. 3. Renovatio Imaginis Dei & sanctificatio in toto homine tām animā quām corpore fieri debet, Rom. 12. vers. 1. 1. Cor. 6. v. 19. 1. Thess. 5. v. 23. hinc & Corpus templum Spiritus sancti, 1. Cor. 3. vers. 17. & membra nostra τῆς δικαιούμενῆς ὁπλα appellantur, Rom. 6. vers. 13. Ergo antea quoq; illa imago in toto homine erat sita. 4. Deus prohibens hominem interficere, Gen. 9. vers. 6. hanc affert rationem: *Quia homo ad imaginem Dei est factus*. Iccircò cum anima occidi nequeat, significare voluit istis verbis Deus, totum hominem ex anima & corpore constantem Dei repræsentare Imaginem, adeo q; animam à corpore violentâ manu non esse divellendam, quod videlicet sic Dei imago violetur & destruatur. 5. Totus homo per lapsum corruptus existit, & peccatū non solùm in anima est, sed etiam in corpore, Rom. 6. v. 12. & cap. 7. v. 23. Ergò à contrario cum nihil possit dici corruptum, quod non prius fuit integrum, sequitur & totum hominē, & totum hominis ad Imaginem Dei conditū esse. 6. In quocunq; Christus gerit imaginem sui Patris, in eo quoq; eandem gessit Adam. Nam quod Admo

mo ante lapsum aderat, quodq; per peccatum amissum fuerat,
illud Christus in se resumpsit, & in membris suis spiritualibus
instauravit, & quotidiè adhuc instaurat. Jam verò Christus
totus, etiam quâ homo, vera Patris Imago est, & ejus naturam
& perfectionem tâm in anima, quâm in corpore impressam
habet. Unde ad Philippum dicit *Johan. 14. v. 9*: *Qui videt me*
(non qui videt animam meam) *videt Patrem*. Et Apostolus
Coloß. 2. v. 9: *In Christo habitat tota plenitudo divinitatis σωματικής*, q. d. *παρεγένετο τὸ σῶμα*, sive ut *Damascenus* interpretatur *εἰς σωματικὴν αὐτῆς*, ne quis existimet excludi corpus. Ergo Adam tâm in
anima quâm corpore Imaginem Dei gessit, hodieque fideles
eam in corpore quoq; suo gerunt, *Philipp. 3. v. 21. Hebr. 2. v.*
7. 17. cap. 4. v. 15. 7. Calculum hisce adjiciunt suum Patres,
qui totum hominem ad imaginem Dei creatum esse testantur,
inter quos *Epiphanius in Epist. ad Johannem Episc Hierosolym.*
Nyssenus de hominis opific. cap. 17. &c. Hallucinantur itaque *Error Ursini
ni Polani.*
graviter Calvini asseclæ *Ursinus in Loco de creatione hominis,*
tom. 1. oper. pag. 566. Polanus part. 2. syllog. thes. Theol. pag. 56.
& omnes qui cum iis statuunt *Dei imaginem in sola anima*,
nullatenus in corpore humano fuisse conspicuam.

XXXV. Nec interim à Calvinisequarum errore mul-
tum abhorret Jesuwita Pererius *tom. 1. in Gen. l. 4. p. 127. dist.*
48. ubi & ipse negat, propriè loquendo Imaginem Dei fuisse in
hominis corpore, fuisse tamen tanquam in signo sive arguitivè, quia
hominis corpus ita formatum configuratumq; erat, ut evidenter
arguat animum, qui in ipso est, ad imaginem Dei esse factum.
Resp. Non tantùm in corpore hominis signum erat Imaginis
divinæ, nimirum erecta statura, & omnium membrorum de-
cens & admiranda proportio, quæ adhuc in corruptionis statu
in nobis reliqua, sed etiam illius Imaginis quædam pars, et si se-
cundaria, ob duas excellentissimas dotes, quæ in eo fulgebant,
putâ Impassibilitatem & Immortalitatem. Nam quod Deo est
simile, & per lapsum amissum, inq; altera vita denuò est re-
staurantum, illud ad Imaginem Dei pertinet. Atqui corpo-
ris humani impassibilitas & immortalitas sunt tale quid, ut
suo loco demonstrabitur. Ergò. Immò nihil in corpore hu-
mano ante lapsum reperiri potuit, quod non continuitate,

*Refutatio
ejusdem.*

conformatitate & obsequio illustriorem redderet animæ ornatum. Plura pete ex tract. D. Wigandi de I. D.

Formale est excellens cū Deo conformatitas. XXXVI. (2) *Forma* seu formalis ratio Imaginis divinæ consistebat in naturali omnium humanarum virium integritate & cum Deo πεποντη̄ conformitate. Consideratur autem

Imago Dei Imago Dei, sicut peccatum Originis quod isti deperditæ successione consideratur cessit, bifariam. 1. χειρῶς & relativè, quatenus est in prædicamento Relationis, & sic potentiarum illa integritas rectius dicitur Imaginis Dei materiale, formale verò gratiosa Dei in homine inhabitatio, gratuita personæ acceptatio & summi boni communicatio. Etenim ne quidem in integritatis seu innocentiae statu homo suis operibus gratiam Dei promeritus, sed eam gratuitò adeptus fuisse.

Quemadmodum nunc in miseriæ statu peccati respectivè sumpti materia est facultatum depravatio, forma verò reatus & Dei aversatio. 2. ἀπλῶς & absolutè, quatenus est in *Categoría Qualitatis & concreatus habitus*, prout hoc loco etiam potissimum attenditur, atque sic omnium facultatum & virium ἀναγένεσις, integritas & cum Deo conformitas optimo jure Imaginis Dei formale statuitur.

Primigenia Cæterum conformitas illa hominis cum Deo duplex est, vel *hominis cū Principalis*, vel *Minus principalis*. (Keckermannus libr. 2. system. Theol. distinguit in primam & à prima ortam) Principalis hominis cum Deo conformitas juxta animæ rationalis potentias, in quibus sita erat, distinguitur, & communiter *Originalis justitia* nuncupatur, de qua ex professo cap. 4. disputat. nostræ & seqq. Minus principalis conformitas consistit 1. in anima, tūm quoad substantiam: Ut enim una est anima, etiamsi tribus facultatibus constet, sic Deus unus est essentia, et si personis sit trinus; tūm quoad attributa, sc. sapientiam politicam & cæteras Imaginis Dei, quæ post lapsum adhuc superstites sunt, reliquias. 2. In corpore, cuius massa, dicente Iyachio lib. 5. in cap. 16. Levit. ab initio sancta fuit, ut in ea Dei habitaret

Spiritus, atq; ideo homo ratione corporis duobus eximiis donis ornatus vixit, scil. partim *Impassibilitate*, per quam semper extra interitum & corruptionem in integra & naturali sua dispositione permanisset, quæque præcipue ex Protoplastorum antè lapsum nuditate sine ullo dolore, molestia, aut extrin-

etrinseco eorum incommodo probatur; partim natumli immortalitate, quam nos οὐώθεα brevi in peculiari quodam scripto duodecim firmis è Scriptura petitis argumentis demonstratam dabimus, atque simul ad Pelagianorum φλυαρίας, in specie verò ad illas, quas Neophotinianorum Patriarcha *Socinus* contra movet in suis *prælect.* *Theolog.* c. i. sufficienter respondebimus. 3. *In toto homine*, scilicet respectu externi *Dominii* super omnia (Balænas enim & cetos nulla solida ratione ex isto censu eximit *Theodoreus* quæst. 20. in *Gen.*) animantia, quo totius ipse orbis constitutus est Monarcha, juxta illud *Genes.* i. v. 28. cap. 9. v. 2. *Sap.* 9. v. 2. cap. 10. v. 2. Hinc de Magistratu propter similitudinem cum Deo extat *Psalm.* 82. vers. 6. *אלְהִים אֱתָה וּבָנֵי עָרֵיו* *Dii vos estis & filii excelsi.* Et cum Christus omnium sit *Hæres*, *Dominus*, *Caput & Rex*, *Eph.* i. v. 22. c. 4. v. 15. c. 5. v. 23. *Coloß.* i. v. 18. c. 2. v. 19 nobisq; illud regnum & dominium in Adamo amissum restituatur, ut simus *βασιλεῖς & δανάτες καὶ κύροι τῶν κτισμάτων*, quemadmodum *Macarius* ait *hom.* 11. *de integ. Christ.* hac quoque in parte Christo ac Deo similes reddimur, *Rom.* 8. v. 17. *Galat.* 4 v. 1, 6, 7.

XXXVII. (§) Deniq; quemadmodum Deus aliàs nihil *Finis con-*
facit frustra, ita etiam finem habuit optimum, cur hominem *creatæ*
μηκόντμον & omnium creaturarum nobilissimā ad suam *Imag. Dei*
ginem crearet. Potest a. ille assignari quadruplex. Primus est *quadrupl.*
Dei agnitus. Nam proprius finis & usus cujusq; Imaginis est,
ut per eam cognoscatur is, cuius est *Imago*. Proinde cum Deus
in sua essentia invisibilis esset, interim sapientissimus, justissi-
mus, sanctissimus & cunctarum rerum Dominus, siccirò ut
se quodammodo visibilem, & suam perfectionem cognoscibili-
lem in quodam quasi lucido speculo redderet, hominem, *in-*
quo ejus erant delitiae *Prov.* 8. v. 22. totum creavit sapientem, ju-
stum, rectum & omnium animantium dominum. Secundus
est *Dei celebratio*. Sicut enim aliàs notitiam sequitur amor, ita
prædicta agnitus adhuc ad ulteriorem finem (quem Scriptura
passim inculcat *Psal.* 73. v. 28. & 115. v. 1. *Prov.* 16 v. 4. *Matt.*
5. vers. 16. 1. *Corinth.* 10. vers. 31.) directa erat, ut scilicet homo

fa-

2-

factus Deo similis in bonitate, justitia, sanctitate, eum ex toto
corde diligeret & coleret, ipsiusq; consortio summe delecta-
retur, siquidem omne simile per naturam amat suum simile.
Istam agnitionis & celebrationis Dei subordinationem mon-
stravit Altissimus quoq; in promulgatione legis *Exod. 20.* ubi
prius sui notitiā populo Israelitico proponit: *Ego sum Dominus*
Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti. v.2. Postmodum præ-
cepta de amore & cultu subnecit: *Non habebis Deos alienos co-*
nram me v.3. Et hinc est, quod creator statim in hominis pri-
mordio ejus animam æternam, ac corpus simul immortalita-
te affectum existere voluerit, ut Dei laudem in æternum con-
tinuaret. Tertius finis est *Proximi dilectio.* Hominum namq;
erat non tantum amare Deum, sed etiam se invicem sincero
& fido animo suavissimaq; cohabitatione, tam in hac terrestri,
quam in cœlesti vita amplecti, *Gen. 2. v. 18. Psalm. 22. v. 23. &*
68. v. 27. Quoniam verò inter bonos & malos, inter fideles
& infideles sincerus amor propter morum dissimilitudinem
esse nequit, ideo Deus totum genus humanum in Adamo &
Eva ad suam Imaginem, in rectitudine mentis & incorrupta
charitate, simile fecit. Quartus est *Paradisi inhabitatio.* Ele-
ganter & verè *Alcimus Avitus Viennensis* olim Episcopus de
Adamo recens creato canit:

*Pro thalamo Paradisi erat, mundusq; dabatur
In dotem.*

Quippe inter alia Deus sui Imaginem homini indidit, ut defi-
nitum in Oriente locum (quem realiter unquam extitisse ex
Calvinianis insulsè negat *Rudolphus Otreb*, seu per literatum
metathesin *Robertus Fludin tract. Theolog. ad Fratr. Ros. crucis*
lib. 1. de vita cap. 9. Videatur etiam *J. Drusius in notis ad Sulpici-
um p. 15.*) aeris salubritate, soli amoenitate, & preciosissimo-
rum fructuum ad vitæ sustentationem & oblectationem per-
tinentium affluentia ornatum inhabitaret, postea, si se ad con-
ditoris sui obedientiam vinculis charitatis astringeret, ut *Gre-
gorius loquitur in c. 3. Jobi*, sine obitu (id est, eo modo, quo ex-
optare videbatur *Apostolus 2. Corinth. 5. versic. 4.* dicens:
ἢ θέλουεν ἐν δύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι) de terrestri
ad cœlestem Paradisum transiret, & cum Deo ~~in mortuorum~~ suo
nullius

nullius rei indigens in sempiterno consortio & perpetua beatitudine viveret. Nullam enim creaturam sibi prorsus dissimilem Deus secum in cœlo esse vult, unde etiam est, quod impi, scortatores &c. regnum Dei hæreditare nequeant. Plura lege apud Clementem Alexand. lib. 1. Pædagog. cap. 3. Basiliū serm. de Paradiso tom. 2. Oper. Damascenum lib. 2. de fide orth. c. 11. Wigandum in tract. de Imag. Dei. Pererium in Genes. lib. 4. dist. 57. & seqq.

CAPUT IV.

De Justitia Originali, quid sit, quodnam ejus Fundamentum, Terminus & Formale, item an in posteros fuisset propaganda?

XXXVIII. Sapientis est, ait Scaliger lib. 1. de Plantis p. 210. definitiones persequi, tanquam ad scientiam ~~ad~~ ^{ad} immidiatas. Hujus memores & nos, qui scientiam Originalis justitiae, tanquam præcipui Imaginis divinæ membra venamur, ejus definitionem ante omnia ex verbo Dei constituemus. Potest autem esse talis: *Justitia originalis est admiranda humanae naturæ concreta cum Quidam, veram Dei agnitionem, & sapientiam in mente, perfectam & liberam consensionem cum lege divina in voluntate, inq. ceteris potentissimis omnium motuum rectitudinem complectens.*

XXXIX. Explicanda hic nonnulla erunt, quò omnia clarius intelligantur. Definitum est *Justitia Originalis*. Vocatur v. illa primaria humanæ naturæ perfectio à Theologis JUSTITIA primùm rat. *essentia*, quia nempè id, quod suā naturā verum, perfectum, rectum, integrum & incorruptum est, justum appellari solet. Secundūm ratione *efficientia*, quia hominem in conspectu Dei reddebat justum, id est, innocentem gratum, sanctum, ideoq; Paulus sanctitatem cum justitia connectit Ephes. 4. v. 24. Unde ulterius patet, Justitiam illam non sumi hoc loco divisim seu disjunctim pro particulari aliqua virtute, sed conjunctim pro justitia universalis, complexu

D omnium

omnium virtutum ac humanarum virium habituali perfectione ad spiritualem hominis rectitudinem pertinentium.

*Car. Orig.
malie Goce-
sur?*

XL. At ORIGINALIS justitia dicitur. 1. ratione *sui*, quia in homine fuit omnium prima. 2. ratione *primi hominis*, quia is ab origine sua illam naturalem affectionem per modum habitus concreati habuit & possedit. 3. ratione *discri-
minis*, ut à Justitia Ethica, Pharisaica, inchoata & imputata distinguitur. 4. ratione *propagationis* in alios. Conditus namque in ista justitia erat Adam, non ut persona aliqua privata, sed ut Origo, radix & scaturigo totius humani generis in hunc finem, ut eam in integritatis statu persistens ad omnes posteros per carnalem generationem (*ad cuius sphæram non
demum ob peccatum dejectus est Adam*, quemadmodum ex Trismegisto nugatur Rudolphus Otreb, alias vero nomine Rudolphus Flud libr. 1. de vita cap. 1. 9 & 12. Item lib. 2. de morte, cap. 3. quamvis ab illa opinione non multum distent Gregor. Nyssenus libr. de hom. cap. 28. Chrysostomus homil. 18. in Genesim Damascenus 4. de Orth. fid. cap. 25. Procopius Gazæus super 4. cap. Genes. Euthymius super Psalm. 50. contra expressa Scripturæ dicta Genes. 1. v. 28. cap. 2. vers. 24. 1. Cor. 6. v. 16. &c.) propagaret, quod etiam sine ullo dubio factum fuisset, si ipse non peccasset.

*Argumen-
ta proban-
tia Originā
lem justitiā
debuisse ab
& homo. Ac sanè si πεῖται οὐδὲν τοιοῦτον ipsa videt. rationalis anima
Adamo in-
tegro pro-
pagari.*

1.

2.

3.

XLI. Etenim omne simile producit sibi simile in sua natura & specie. Ita quodlibet animal cum iis qualitatibus sibi generat prolem, cum quib. ipsum in initio creatum fuit, utiq; igit debuisse ab & homo. Ac sanè si πεῖται οὐδὲν τοιοῦτον ipsa videt. rationalis anima per traducem propagata fuisset, (quemadmodum adhuc post lapsum fit, etsi temerè id olim negarint Pelagiani, & hodiè omnes ferè Calvini discipuli, Petrus Martyr, Chassanio, Beza, Zanchius, Aretius, Trelcatius, Witakerus, Bucanus, Polanus, Paræus, Keckerm. &c. Hugo Eterianus item, Bonaventura, Greg. de Valentia, Bellarm. Connimbricenses, & pleriq; ex Pontificiis) omnino etiam animæ naturaliter adhærens donum, Originalis sc. justitia. Præterea quia post lapsū in corruptionis statu justitiae illius contrarium, puta Originale peccatum, per Adamū ad omnes ejus posteros, solo Christo excepto, qui ab omni defectu & infirmitate ejusmodi immunis fuit, traducitur, Gen. 5.

v. 3.

v.3. Ps. 51. v.7. Rom. 5. v. 12 &c. Ergò & antè lapsū in integratīs statu, si in eo permansisset Adam, Originalis justitia ad posterōs per generationem derivata fuisset, cum in tali genere contrariorum sit par & similis ratio. Adde & hoc ^{αὐλοτοι καὶ ἀφυκτοι} argumentum. Aut Imago Dei adeoq; Orig. justitia primo homini concreata in ijsdem fuit partibus, in quibus postmodum fuit Imago Adami, ad quam ipse suos genuit liberos Gen. 5. v. 3; aut fuit in partibus diversis, sive duntaxat in una aliqua. Si statuitur in ijsdem fuisse, habemus quod volumus, nempè & antè & post lapsū totum hominem cum anima & corpore, omnibusq; animæ facultatibus propagari. Sin autem statuitur vel in diversis partibus, vel duntaxat in corpore fuisse, consequens erit. 1. Imaginem Adami non successisse in locum imaginis Dei, adeoq; hanc per peccatum non esse extinctam. 2. nullam perfectam esse ^{ἀντίθετην} in verbis Spiritus S. dum non ^{καὶ τὸ αὐτὸν, καὶ τὸ αὐτῷ} Imago Adami in nobis opponitur. Imagini Dei, quæ primitūs in nobis fuit, & ad quam per ^{παλιγ-}
^{γένεσιν} reparamus, id quod est manifestè absurdum, quippe cum ea sit vis ^{ἀντίθετης} ut Imago Dei per Imaginem Adami penitus destructa esse enuncietur 1. Corinth. 15. vers. 48. 49. Ex quib. jam evincitur, eandē antè lapsū fuisse in Adamo ^{Ἐπι-}
^{κτίτε καλῶς} Justitiæ originalis sedem, quæ facta est post lapsū ^{Ἐπιφύλακτος κακοῦ} Orig. peccati, nimis. non modò in corpore, sed præcipuè in anima, (Turpissimi hæretici Smalcii hāc assertio. Disput. 2.
nem turpissimam vocantis judicium hīc non moramur) quare contra D. etiam simul cum anima justitia Originalis in statu integratīs Frantzium propagari debuit. Quod adversus modò citatos Sectarios pag. 47. probè notandum.

XLII. Objicis hæc argumenta non ferire Calvinianos, *Objectiones* cum ipsi quidem negent (paucis exceptis) animam humanam per traducem propagari, asserant tamen nobiscum strenuè Imaginem Dei seu Originalem justitiam ab Adamo in posteros fuisse derivandam. Hinc Amandus Polanus in syntag. lib. 5. c. 34: *Licet, inquit, anima per Parentes non generetur, tamen ex gratia Dei ordinatione anima cuiusq; hominis corpori (extrinsecus) infusa seu indita, justitiæ originali donata à Deo statim fuisse.*

D 2

Immò

Immò Hieron. Zanchius in Hexa. part. 3. l. 3. c. 2. in tantum pro nostra sententia confirmanda laborare videtur, ut planè novum argumentum de suo fingat: *Multis, inquiens, in utero materno largitur Deus gratiam, ut de Jeremias & Johanne Baptista legimus in sacris literis, deg̃, multis aliis creditur.* Quidni igitur si non peccasset Adamus, eandem posteris largitus fuisset, cum status ante lapsum longè perfectior fuerit, quam status post lapsū.

XLIII. Verùm quis non videt illos homines merum.

Άύτοις άπο γλαύκωμα nobis objicere, & seipso multis contradictionibus πίπτονται. fortiter intricare. Nam ut taceam nugas has nostris argumentis satis refutari, non disputatur jam de potentia Dei absoluta, quid possit, sed ordinata, quid ipse velit facere, & an sic accidens & quidem naturale, quale fuit Originalis justitia, extra suum proprium subjectum vel ponat, vel subjecto posito demum indat, quod omnino falsum pronunciamus; cum in tota rerum universitate tale exemplum nuspiciam appareat, neque ullum Scripturæ dictum isti opinioni vel saltem ad speciem faveat. Deinde si Deus corpori infudisset, & adhuc extrinsecus infundit animā, manebit ea anima vel à peccato originali exempta, & ita Deus in justitiæ argueretur, quod animam puram hominum non renatorum damnet; vel inquinabitur ista labo ex coniunctione cum corpore impuro, & ita Deus, qui est autor ejusmodi coniunctionis, erit quoque autor illius pollutionis atque Originalis peccati, quod utrumque auctor. Adhæc Zanchii ratio olet lucernam & nihil habet roboris. 1. quia adducta exempla sunt prorsus extraordinaria. 2. Gratia in Ieremia & Johanne infantibus non fuit à Parentibus eis indita, sed à Deo extrinsecus concessa. At longè alia est justitiæ ratio post lapsum, quam fuit antea lapsum. Hic naturalis, ibi supranaturalis fuit. Hic statim naturæ implantatur, ibi post nativitatem demum à Deo donatur. 3. nititur integer discursus erronea hypothesi, quasi Electi & Christianorum infantes ex utero materno sint sancti & in fædere ac gratia Dei, quod similiter falso à Calvinianis, ut & Anabaptistis (qui hic cum istis unum jugum trahunt, prout videre est ex colloquio Franckenthal. Act. 31. pag. 643.) credi suo loco ostensum est.

XLIV. Cæterum quia Originalis justitia est aliquid.

Re-

Zanchii.

Relativum, inquirendum nunc deinceps ejus est fundamen- Fundamen-
tum, Terminus & Relatio. *Fundamentum*, seu ut alii appellant, ^{tum iustis-}
Materiale Justitiae originalis fuit non hominis anima, ^{tia origi-}
non corpus, non tota $\sigma \alpha$ aut quicquam $\sigma \alpha \omega \delta e s$, sed ^{nalis.}
ἐπαστικὴς & δύναμις Φυσικὴ, vel potius εἰς τὸ Αὐθετικόν,
non ἐπίκτητο & studio acquisita, sed εὑρετοῦ & à Deo immedia-
tè insita, cuius docendi gratiâ respectu proximi Subjecti tres
possunt constitui gradus. Primus est in Mente, ut ὁ ὄντες in qua ^{Eius gradus.}
ceu limpidissimo speculo eniuit lux sive illustris $\tau \alpha \gamma \alpha \sigma \alpha$, i. e. tres.
agnitio essentiae & voluntatis divinæ, sapientia & omnium
creaturarum intelligentia, firma quoq; assensio sine ulla du-
bitatione de Deo, de Providentia, de promissionibus, præce-
ptis & comminationib. divinis, Gen. i. v. ult. cap. 2. v. 19. Eccel.
7 v 30. Sirac. 17. v. 5. Colos. 3. v. 10. Alter gradus est in Volun-
*tate, ubi claruit libera sanctitas (hanc Augustinus *Donum pos-*
sibilitatis nuncupat) & juxta normam divinam agendi sancta
libertas, complectens duo illa præcepta, tanquam duos in capite
oculos, vel duo in cœlo luminaria, (quemadmodum scitè Alex.
ab Ales loquitur lib. de autor. verb. Dei p. 105.) nempe veram
& sinceram dilectionem Dei & Proximi, omnesq; virtutes exci-
tatas, flagrantes & ad hunc finem directas, ut archetypus in-
notesceret ac celebraretur, Eccles. 7. v. 30. Sir. 17. v. 3. Ephes. 4.
v. 24. Tertius gradus est in Corde, ubi splenduit affectus & ap-
petitus menti & voluntati obtéperās, ut in nulla re esset dissen-
sio vel membrorum rebellio, sed laudabilis etiam in facultati-
bus inferioribus $\alpha \nu \tau \alpha \xi \alpha$, & puritati Dei conformis castitas,
*Genes. 2. v. 25. &c.**

XLV. Inter reliqua autem magnifica & excellentia, *Liberū bo-*
*Dei dona, accepit quoq; Adam in prima creatione τὸ αὐτεξότον, *minis arbitri-*
*Liberam arbitrium, quod juxta Nazianzenum in *Apolog.* est *τὸ ἐπ' αὐτῷ αὐτεξότον μηνόν*, seu potestas recte vivendi, vel etiam *trium erat*
à norma discedendi, id est, intelligendi & faciendi bonum ^{in statu ini-}
aut malum Sirac. 15. v. 14. Aug. de fide ad Petr. Diac. c. 25. Nam *nocentia.*
hoc ad perfectam hominis cognitionem, & ad exactam liber-
tatem requirebatur, ut πέποντα ipse se haberet, utrumque
oppositorum intelligeret, & repudiato altero extremo, malo
*scilicet, id quod bonum ac rectum esset, faceret. Quare***

scriptor quidam *Anonymus* è modernorum Fanaticorum numero in sua *Introductione* pag. 251. (qui liber propter materię convenientiam cum *Theophrasti* & *Weigelii* aliquot opusculis simul excusus est in volumine, cui titulus : *Philosophia mystica*) malè ab Innocentiae statu Liberum arbitrium prorsus secludit. Interim ne homo datâ potestate abuteretur, & vel à se vel aliunde deceptus contra legem delinqueret, verùm magis Dei bonitatem & simul justitiam revereretur, superaddidit DEUS illis donis verbum suum, & gravissimâ annexâ comminatio-
ne peccatum seriò prohibuit, ut sic postea homo libertate suâ abusus & Dei mandatum transgressus neminem inveniret, quem accuset & malorum autorem constituat, quam semet-
ipsum, quod fusius in artic. de pecc. & peccati causa ab Orthodoxis Theologis declaratur. Consule Greg. Nazianz. orat. in *Theophania*, & D. Wigandum in tractat. de Libero hominis ar-
bitrio.

*Terminus
Justitiae Ori-
ginalis.*

XLVI. *Terminus Justitiae Originalis* fuit Sapientia & Sanctitas Dei, seu trium מְדוֹרָתָם, ut veteres Hebræi loquuntur, hoc est, totius SS. Trinitatis, Patris, Filii & Spiritus sancti, sicut dicitur Genes. i. v. 26: *Faciamus hominem ad Imaginem nostram.* Et vers. 27: *Creavit אֱלֹהִים* (Deus in essen-
tiâ unus in personis trinus) hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creavit illum. Cui eleganter consonat illud D. Athanasii dial. i. de sacro sanct. Trinitate tom. 2. oper. pag 192: ὥστερ ὁ πατὴρ δυνάμενος κτίσαι τὸν αὐθεωπόν, μετὰ τοῦτον ἦν, ἵνα δίκαιος τὸ ταυτὸν τῆς Φύσεως. Στῶ καὶ ὁ ὕπερ δυνάμενος κτίσαι αὐγιον τὸν αὐθεωπόν, μετὰ τοῦτον πεύματος κτίζει, ἵνα δίκαιος γεγονὼς ἐργον πατέσσος, καὶ τοῦτον ἡ αὐγὴ πεύματος. Confer etiam Basilius homil. 10. Augustin. lib. 7. de Trinit. c. 6. Rabanus lib. 1. de sermon. proprietate c. 4. Rupertum lib. 3. com-
ment. in Habac. c. 3. Polycarpum Lyserum in Adamo cap. 1. Liba-
vium in notis ad Hexaëm. p. 713:

*Errores circa
ca justitia
primigenia
scriminum.*

XLVII. Errant igitur Simoniani, Basilidiani, Saturniani,
Photiniani & alii nequissimi hæretici, qui referentibus Capi-
tone in Hexaëm. pag. 722. & Sixto Senensi in Bibliothec. sancta
lib.

lib. 5. pag. 336. Deum in creando hominē vel cum Angelis,
vel cum Diis minorum gentium, vel naturæ principiis, ele-
mentis & formis rerum, vel cum aliis creaturis consilium
communicasse, adeoque ad eorundem Imaginem & rectitu-
nem Adamum efformasse fingunt. Errant quoque *Origenes*
homil. 1. in cap. 1. Genes. *Capito in Hexaëm. pag. 281.* *Jesuitæ*
Salmeron disput. 3. in 1. Timoth. 1. cap. tom. 15. p. 431. & *Osiandrīstæ in lib. An Filius. lit. D.* qui illud *Ad imaginem nostram*,
propriètantū referendum esse arbitrantur ad Filium DEI
substantialem Patris Sapientiam & Imaginem. Errant *Tris-*
megistus & alii, qui, ut habet *Autor quæstionum* apud Athana-
sium & *Glossa in catena Lippomani in Genesin*, Adamum ad
Imaginem & Similitudinem naturæ humanæ à Filio Dei suo
tempore assumendæ factum esse statuunt. Videatur *Centur.*
2. *Magdeburg. cap. 4. pag. 57.* *Gregor. de Valentia tom. 1. contr.*
in Thom. disp. gen. 7. quest. 3. Errant denique *Eugubinus in*
Cosmopœia & *Oleaster in Gen. cap. 1.* qui Deum humanam prius
assumisse formam, & sic dixisse autumant: *Faciamus homi-*
nem ad Imaginem nostram.

XLVIII. Relatio sive, ut ab aliis nominatur, *Formalis Ju-* *Formalis*
stitiæ Originalis ratio fuit exacta convenientia Sapientiæ & *Justitia O-*
Sanctitatis Protoplastorum cum Sapientia & Sanctitate Dei, *riginis*
omniumque animæ facultatum congruens ad voluntatem di-
vinam *παναγορία*, de qua supra th. 44. & seqq. Errant proinde *ca Forma-*
iterum Osiandrīstæ, qui *Formale divinæ Imaginis atq; Origina-* *le.*
lis Justitiæ ipsissimam Dei essentiam fuisse disputant. *De* 1.
quo dogmate vid. *D. Morlinus in histor. Osiandri, Wigandus*
in Osiandrismo, Jacobus Rungius in conc. Noriberg. Anno 1555.
Errant *Anthropomorphitæ* seu *Anthropiani* tūm veteres, de
quibus *Epiphanius lib. 3. tom. 1. hær. 70.* *Augustinus l. de hær. cap.*
50. & 76. *libr. 12. de Trinitat. cap. 7.* *Theodoreetus libr. 4. histor.*
Ecclesiast. c. 10. & quest. 20. in Gen. *Socrat. lib. 6. c. 7. Sozom. l. 8.*
c. 11. & c. tūm recentiores, in primis Anno 939. in Italia exorti,
contra quos multum sudavit *Raberius Veronensis* referente,
Sigeberto Gemblac. in *Chronico*, qui omnes nimis pueriliter
membra quædā corporea in Deo somniarunt, & in his hominē
Dei

2.

3.

4.

2.

- Dei imaginem & primævam dignitatē gessisse blaterarunt.
3. Errant *Judei*, qui Imaginem Dei seu Originalem justitiam præcipuè ad unitatem referunt, quod sicut Deus unus est in cœlestibus, ita & hominem unum in terris fecerit; vel sicut Deus præst universo mundo, sic una anima præsit toti corpori, quemadmodum hanc eorum opinionem enarrant *Fagi* in cap. 1. *Genes.* *Tostatus* quæst. 28. in *Gen.* *Galatinus* lib. 2. de *arcان.* *Cath.* veritat. c. 8. Errant *Hugo Eterianus* in lib. de regressu animæ ab inferis c. 2. & alii qui, rursus *Fagio* in *Pentat.* teste, ad effigiei divinæ similitudinem rejiciunt, quod sicut Deus nullum sibi similem habet, ita & hominem creaverit, ut inter tot millia ne unus quidem inveniatur, qui alterum effigie habituq; corporis per omnia exprimat. Errant *Flaciani*, quibus Originalis justitia censetur cor spirituale, sive ipsa rationalis in corde anima, de quo dogmate infra cap. 8. pluribus. Errant *Zwingiani*, qui potiorem divinæ Imaginis essentiam in jure naturæ & principiis communibus nobiscum natis collocant, *Zwingl.* in cap. 2. *Genes.* Errant qui eandem in potentia & dignitate omnium dominatrice quærunt. Quod præter nonnullos olim Patres nostro seculo faciunt *Photiniani* in *Catech.* Rac. p. 22. inq; *Socin.* scriptis passim. Ex Pontificiis *Torniellus* in annal. An. 1. p. 30. *Ludov.* *Carbo* libr. de sui cognitione cap. 36. pag. 118. Ex Calvinianis *Wolfg.* *Musculus* in *Psal.* 82. & 89. *Petrus Martyr* claf. 1. L. C. cap. 12. Errant postremò & illi, qui Imaginem Dei, adeoq; etiam Originalem justitiam, rem prorsus incomprehensibilem & inexplicabilem esse putant, sicut videre est in *Epiphan.* lib. 3. heres. 30. *Theodoreto* quæst. 20. in *Gen.* & in recenti scriptore *Ægidio Guetman* libr. 3. cap. 7. tractat. cuius inscriptio est, *Offenbarung göttlicher Majestet.*

*Subjectum
justitiae
Originis.*

XLIX. Antequam hinc abeamus, considerandum paucis Justitiæ Originalis *Subjectum*, quod duplex assignari potest; unum *ὑπάγειον Inhæsionis*, estque ipsa rationalis anima non animæ facultas, quippe cum accidens non in accidente sit, sed in substantia; alterum est *πλήρης Perfectionis*, suntq; omnes animæ humanæ facultates, tam superiores, quam inferiores,

riores, quas primigenia illa Justitia ~~περιέτασ~~ ~~καὶ οὐδὲν~~ permeabat & perficiebat; quibus addunt quidam subjectum *Denominatio-*
nis, quod est totus homo similiter ab Originali justitia suam
perfectionem sortiens. Hic in Innocentiae statu tria in se ha-
bebat distincta & valde conspicua, 1. animam seu essentiam.
2. animae seu essentiæ facultates. 3. facultatum habituales &
naturales perfectiones. Priora duo post lapsum mansere, tertium
per eundem miserè deperditum fuit, atque illud est Ori-
ginalis justitia.

CAPUT V.

An primus Homo creatus fuerit in Originali justitia?

L. Negativam tumultuarie propugnat Neophotiniano-
rum antesignanus *Faustus Socinus in p̄rælectionib. Theologicis*
Academie Heidelbergensi à Smalcio inscriptis, quem ~~καταπέπο-~~
~~δε~~ sequi videtur *Clemens Timplerus Calvinianus in sua Anthro-*
pol. cap. 1. prob. 12. Festus Hommius quoque in Specimine controv.
Belgic. p. 41. idem paradoxon tribuit *Henrico Welsingio ex lib. de*
Offic. hom. Christ. Jacobo Arminio ex artic perpend. aliisque
Remonstrantibus ex collat. Hagiens. p. 250. Nos contra in nostris
Ecclesiis affirmativam sententiam constanter tuemur, & qui-
dem argumentis è myrothecio sacrorum Bibliorum deprom-
ptis firmissimis.

Pro affir-
mativa no-
stratium
sententia.

L.I. Primum ita habet: Quicunque est creatus in Imag-
ine Dei, ille est in Originali justitia, hoc est, in vera Dei agnitione,
sapientia, sanctitate &c. creatus. Atqui primus homo
creatus est in Imagine Dei. Ergò primus homo creatus est in Ori-
ginali justitia. Minor ~~λόγος~~ extat apud Mosen *Gen. 1. v. 27:*
Creavit Deus hominem in Imagine sua, in Imagine Dei creavit
illum. Sic igitur bruta sane creavit Deus secundum genus suum,
hominem vero non creavit secundum genus suum, sed secundum
Imaginem suam, ait *Origenes in h. l.* Major propositio pariter
est manifesta ex Apostolo, qui *Imaginem Dei* expressè expli-
cat per Dei agnitionem, justitiam & sanctitatem, *Colos. 3. v. 10:*

I. Argu-
mentum ab
hominis ad
Imaginem
Dei effor-
matione.

E Induite,

III

Induite, inquit, novum hominem, qui renovatur & int̄p̄nuor in agnitionem, secundum imaginem ejus qui creavit eum. Et Ephes. 4. v. 24: Renovamini spiritu mentis vestræ, & induite novum hominem, qui regat deos (seu regat eikōra secundum imaginem & similitudinem Dei, quemadmodum Apostolus paulò ante loquebatur) creatus est in justitia & sanctitate veritatis, id est, vera & sincera, qualis Hebraismus in scriptura admodum frequens. Vid. Buxtorf. lib. 2. thesaur. cap. 3. Ex quibus Spiritus sancti aphorismis magnus quidam Theologus adhuc aliud nostra assertione argumentum extruit hunc in modum: Quales nos reddimur per renovationem, talis fuit primus homo per creationem, Rei enim renovatio presupponit quipiam quod ante habuimus. Sed nos per renovationem reddimur justi & sancti. Ergo & primus homo per creationem fuit justus atq; sanctus. Ultraque præmissarum habetur in citatis locis Apostolicis. Igitur & conclusio non erit neganda.

LII. Utrumque hoc argumentum nostrum quoniam suā evidentiā facile omnes cavillationum nebulas discutit, ideō mendacii Pater diversissimos veritatis Evangelicæ hostes caudis quasi connectit, ut istud si non planè evertat, saltem quoad partem suspectum reddat. Inter illos primum agmen dicit ex Pontificiis (qui Photinianis in hac materia ferè applaudunt, & de sententia Smalcii, multo magis sobriè de ea quam Lutherani sentiunt) Adamus Contzen Jesuwita in defen. Bellar p. 82: Hoc argumento, ait, solidè refutatur *Justitia imputatitia*. (Intelligit imputationem justitiæ Christi per fidem, quam Bellarminus & Sanderus Justitiam putativam, Cornelius à Lapide laruatam, Andadius amentissimam insaniam, Wilhel Rainoldus Mathematicum Solifidianum commentum, Stapletonus spectrum cerebri Lutherani, Smalcius Satanæ imposturam Satanicō ore & spiritu criminantur) Nam secundum Apostolum *Imago Dei est agnitus, justitia, sanctitas*. At agnitus, sapientia, sanctitas sunt vera & inhærentia bona, ergo & justitia: datur igitur *justitia inhærens*. Deinde primus ille homo *justitia inhærente præditus erat*, eaq; *imago Dei erat*, at nos eundem induimus renovati, *justitiam igitur inhærentem induimus*. Verè ergo per Christum non imputatitiè justi efficiuntur. Huc usque Contzen.

Smalc. in
Refu. Franc.
tzg. diff. 2.
p. 62.
Exceptio
Contzenij.

LIII. In

LIII. In summo certè pretio apud quosvis cordatos debet esse hic Contzenii discursus, si verum esset quod objicit, refutari nostro arguento Imputativam Justitiam adeoq; justificationis articulum, qui, ut B. Lutherus in arg. super Ep. ad Gal. doctè & emphaticè loquitur, est st̄antis & cadentis Ecclesie. Sed salva res est, opponit Jesuwita sophisticè ~~υπακύλως~~ subordinata, Imputativā nempe Justitiā & Veram, contra Spiritus S. mentē & stylū. Etenim quemadmodū Deus pater Christo imputavit peccata nostra, non infundendo ei peccati habitū aut inhærentem qualitatē, ut interim nihilominus Christus propter illam imputationē nostros langvores VERE ferret & maledictū fieret, Ies. 53.v.4. & 6. Gal. 3.v.13. Confer 2.Sam. 7.v.13. & Ps. 89.v.29; ita vicitissim Deus nobis credentibus imputat illā Christi acquisitā justitiā, quamvis fundamentū in nobis nullū, ut justi efficiamur Imputativa justitia & simul Vera. Pro quo insuper observetur classicus Apostoli locus 2.Cor. 5. v.21. Porrò à justitia facti sive causae, ad justitiā personae, qua in salutis negotio sedem invenit, non valet consequentia. Quantumvis n. facti justitia à Deo & hominibus præsertim comparatè & in respectu ad hypocritas hominesq; impios magnificat, laudetur & præmiis ornetur, in justificationis tamē foro nullius est ponderis aut virtutis, siquidē & ipsa partim jam antè est debita, ergò nihil promereri, ne quidē in integratatis, multò minus in corruptionis statu potest: partim est imperfecta, ergò perfectissimæ vitæ causa esse nequit: partim plurimis peccatorū sordibus & reliquiis est contaminata, ut coram Deo sit instar panni menstruatae, Ies. 64 v.6. ergò in conspectu Dei judicis & ~~διηγήσεως~~ negotio subsistere haud valet. Tertiò libenter largimur dari justitiā inhærentem, quam etiā ex Christi beneficio renati per renovationē seu novam obediētiā, et si in hac vita saltē inchoativè, induunt, indē vero ineptè colligitur, nullam esse justitiā Christi imputatam vel fidei, qua coram tribunali divino justi constituimur. Confundit igitur denique Jesuwita Contzenius Justificationem & Renovationem. Illa præcedit & ascribitur fidei, hæc tanquam fructus justitiae & spiritus, Gal. 5.v.22. Philip. 1.v.11. sequitur. Illa est perfectissima, hæc in hac vita imperfecta, unde sancti judicium Dei

Responsio.

1.

Imputativa
justitia &
vera non
pugnare.

2.

Facti justi-
tia qualis.

3.

4.

deprecantur, agnoscentes sua opera non posse illius rigorem sustinere, *Psal. 130 v. 2. & 143. v. 2. Dan. 9. v. 18. 1. Cor. 4. v. 4.* &c. Vide de eodem prolixius differentem *Bernhardum serm. 73. super Cantic.*

*Exceptio.
Timpleri
eiusq; res
futatio.*

LIV. In altero Calvinianorum scilicet agmine primi pilum se gerit *Clemens Timplerus in Anthrop. c. 1. prob. 12. contra I. nostrum argumentum excipiens: Hominem ad Imaginem Dei dici creatum vel formaliter seu habitualiter, quatenus facultate naturali intelligendi & liberè volendi à Deo fuit præditus; vel finaliter, quatenus imaginem Dei virtus sanctimoniorum & justitia exprimere debebat.* R. 1. Veri Christiani, qui *unius in Christi iurunt verba magistri*, non attendunt, quomodo vel Calvini iumentum Timplerus, vel Socinianus quispiam illam hominis ad Imaginem Dei creationem dici velit, sed quomodo Spiritus Sanctus, qui solus nos in veritatem dicit, in Scripturis eam accipiat. Cum autem is Imaginem Dei non in naturali intelligendi & volendi facultate, sed in justitia atque sanctitate ponat, talia objectionum monstruuntur. 2. Argumentum Apostolicum adversus Timplerianum acumen stat immotum: *Ad quodcunque renovari jubemur, in eo Imago divina consistit. Et vice versa: Ad quodcuoquies non renovari jubemur, in eo Imago divina non consistit: Atqui ad justitiam & sanctitatem, non ad intelligendi vel volendi facultatem renovari jubemur.* Ergò in justitia & sanctitate, non in intelligendi vel volendi externa libertate Imago Dei consistit. Idem quoque statuendum est de fine seu debito sancte & justè vivendi, ad quod quivis homo à prima nativitate perpetuè obligatur. 3. Quicquid per lapsum Adæ deperditum non est, sed adhuc in homine non renato conspicitur, id Imaginem Dei formaliter non exprimit seu refert. Nam hæc Imago dissipata & convulsa est ob peccatum, ut intellectus noster eandem gestare nequeat, si non fuerit illuminatus Spiritu sancto, quo quiraret, is nec ejus est, ait rectè Procopius in *Octateuch. pag. 39. & 42.* Jam verò intelligendi & volendi facultas, sicut & obligatio ad sanctimoniorum & justitiae studium in vita, per lapsum Adæ non sunt deperdita, sed adhuc cunctis non renatis adsunt. Quapropter intel-

intelligendi & volendi facultas, obligatioque ad sanctimoniam
& justitiae studium, imaginem Dei formaliter non exprimunt,
neque etenim homo ad imaginem Dei dicitur creatus.

L V. Secundum nostrum argumentum est: Quodcumque per Christi gratiam in nobis reparatur, illud primo homini concreatum & per lapsum amissum fuit. Sicut enim per inobedientiam unius hominis (Adami) peccatores constituti sunt multi; ita etiam per obedientiam unius (Christi) justi constituentur multi, inquit Doctor & Apostolus gentium Rom. 5. v. 19. Unde eleganter antiqua in suo hymno canit Ecclesia: Adam vetus quod polluit, Adam novus hoc abluit, Tumens quod ille deicet, Humillimus hic erigit. Atqui Originalis justitia seu vera Dei agnitus, sanctitas, gloria &c. per Christi gratiam in nobis reparatur, si iterum Apostolo credimus (ut credimus, quod omnia ex dictamine τε ζωοποιητε αγισ πρεμπτον confignavit) qui disertè scribit 1. Cor. 1. v. 30: Christus Jesus factus est nobis sapientia à Deo, & justitia, & sanctificatio. Et 2. Corinth. 3. v. 18: Nos omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu. Ergò Originalis justitia primo homini concreata, & per peccatum amissa fuit.

L VI. Adhæc si homo in initio conditus est valde bonus, utique eundem quoque in Originali justitia, hoc est, justum, sanctum & rectum creatum fuisse oportet, quippe cum in his maximè hominis bonitas & perfecio consistat. Atqui prius est verum. Ergò & posterius. Probatur assumptum ex Gen. 1. v. 31: Vedit Deus omne quod fecerat, & ecce valde bonum. In quo loco Mosaico primùm demonstrandi particulam. **הִנֵּה** Ecce urgeo, quam Scriptura adhibere solet, quando aliquid emphaticum probè notandum & accuratè considerandum proponit, sicuti videre est Gen. 16. v. 2. cap. 29. v. 2. Exod. 31. v. 6. cap. 32. v. 9. 2. Sam. 15. v. 25: Psal. 40. v. 8. Iesa. 7. v. 14. cap. 12. v. 2. Marc. 13. v. 1. cap. 16. v. 6. Job. 1. v. 36. cap. 19. vers. 14. Hebr. 10. v. 5. Deinde observati cupio dictionem **מְאֹד** nomini adjectivo **טוֹב** appositam, ubi ex positivo fa-

2. Argu-
mentum ab
Origin. Ius
titiae per
Christum
reparatione

3. Argu-
mentum à
primæva
bonitatis
summa per-
fectione.

oit superlativum, ut habet regula Forsteri Hebræi peritissimi in Lexic. pag. 423. itemque Schereri in Itinerario Psalter. p. 462. Sensus itaque dicti hujus erit: Creavit Deus omne summoperè, valdè & excellenter bonū, seu optimū & perfectissimum. Cui consentit Chaldaica paraph. Onkelos pro טוב ponens טוֹבָה, quæ vox, teste Paulo Fagio in Pentat. notat rectum, aptum, conveniens, pulchrum, elegans.

Exceptio-
nes Socini:

I.

Responsio-
nes ad nu-
mericas
Photinias-
nam in di-
cto Gen. I.
v. 31.

L VII. Sed expendamus quæ contra tertium hoc argumentum objicit Socinus in prælect. cap. 3. p. 9 : Gen. I. v. 31. inquit, non agitur de animi bonitate, nec de justitia, sed de aperitudine & convenientia ad id, quod Deus sibi proposuerat. R. I. Nulla in objectione Socini est consequentia : Dictum Moysaicum agit de convenientia ad id, quod Deus sibi proposuerat. Ergò non agit de justitia vel animi bonitate. Sciunt profectò & pueri in Logicorum Scholis, ab inclusiva ad exclusivam non licere argumentari, & verba semper explicanda esse secundum subjectam materiam. 2. Si d. l. omnia in suo genere prædicantur bona, multò magis homo bonus & perfectus ibidem enunciabitur, utpotè quoniam propter hunc cœu proximum finem reliquæ creaturæ sunt conditæ, finis verò est præstantior iis quæ ad finem tendunt. 3. Inverto Fausti exceptionem per τὸ βίον : Si omnia aptè & convenienter creata sunt, prout Deus ea sibi proposuit, omnino etiam homo in Originali justitia fuit conditus. Ratio est manifesta, quandoquidem in hominis creatione propositum erat Deo illum in Dei Imagine (quæ interprete Apostolo consistebat in justitia & sanctitate veritatis) creare.

II.

L VIII. Excipit secundò Socinus: Verba illa Gen. I. v. 31. referri debent non ad singulas res ipsas à Deo creatas, sed ad universa opera sex illis diebus facta. R. I. Sibi non constans adversarius presupponit quod in quæstione est, quo elencho non palpabilius ullus. 2. Nulla obstat ratio, cur id, quod hic universim de omnibus affirmatur, non debeat in specie ad singula, justo tamen servato inter creaturas discrimine, applicari. 3. Elogium præsens ἐπαρμεγμένον in primis spectare ad homi-

hominem, & ejus perfectionem indicare, ostendit satis contextus, cum id immediatè subnectatur creationi hominis tanquam μηχανήσμα, qui tantò gradu ceteris est excellentior, quanto Imagini divini est vicinior, dicente Isidoro lib. i. Sent. c. 13. ex 29. homil. Gregor. in ascens. Domini.

LIX. Excipit tertio : *Quod ad hominem attinet, non est intelligendum Deum vidisse ipsum hominem esse bonum, sed bonum esse, quod homo a se creatus fuisset talis, quem eum antea Moses descripsérat.* R. i. Hac exceptione hæreticus propria vineta cædit. Nam sit ita, Deum hominem bonum vidisse in eo, quod talis creatus esset, quem eum Moses antea descripsérat. At subsumo ego : Descripsit Moses creatum hominem in Imagine Dei seu Originali justitia valdè bonum. Ergo hoc modo Deus hominem bonum videt. 2. Falsum est, quod hac exceptione iterū obscurè innuit, Deum solummodò suam operationem, non opus quoquè suum vidisse bonum, cum de eo clare testetur Moses. Dicit enim : *Vidit Deus omnem, quod fecerat.* Non dicit : *Vidit Deus se benè operatum esse.*

LX. Animadvertisit pro sua sagacitate facile Socinus se parum hisce telis proficere, quo circa quarto & ultimo loco aliud fortius adjungit, contra majorem nostri argumenti his conceptum verbis : *Justitia non est perfectio hominis naturalis, sed voluntaria.* Quare non potuit eam homo in creatione nancisci : sed si libero arbitrio liberaque voluntate, quâ præditus erat, rectè usus fuisset, eam adeptus esset. Eodem obgetto utitur Smalcius in Examin. 157. error. Smigletij pag. 29. & Timplerus in sua Anthrop. d. l.

R. i. Confundunt Sophistæ statum hominis antè & post baptismum. Hodiè quidem in corruptionis statu, postquam homo,

*Quod prohibente Deo persuasit callidus anguis,
Consilio elegit, saevō & plus credidit hosti,*

III.

IV.

Prudent. in
Harmatig.

vera

III

*αὐτιδονίας
Photiniana*

vera justitia & sanctitas, voluntaria vel, ut Timplerus loquitur,
moralis sive potius supernaturalis est, & solummodo creden-
tibus conceditur ex gratia Dei; verum in statu integritatis lon-
gè alia erat justitiae conditio. Ibi namque & voluntaria & si-
mul Naturalis erat, sicut nunc naturale est Origenis peccatum,
quod in locum primigeniae justitiae successit. 2. Facit huc pro-
pria confessio Socini, qui post modò adductam quartam ex-
ceptionem sui oblitus statim subjungit: *In eo naturalis perfectio
hominis est, ut omni labe ac vitio careat, hæc q̄ fuit ab initio in
primo homine, qui integer & incorruptus creatus est.* Hinc jam
colligo: Quicunq; hominū sine ullo vitio ac labe incorruptus
& integer creatus est, is justitia quoque fuit præditus, quia ho-
minis integritas in ea præcipue est sita, afferente ipso Smalcio in
Refut. D. Franzij disþ. 2. pag. 56. Atqui primus homo ex sen-
tentia Socini talis fuit. Ergo idem in justitia quoque fuit
creatus.

4. Argu-
mentum ab
erubescen-
tiæ & tur-
pitudinis
remotione.

L XI. Quartum nostrum argumentum est: Quicunque
homines adulti & sanæ mentis non opus habent ut erubescant,
licet nudi sint, in iis non datur turpitudo & membrorum re-
bellio, sed sanctitas, castitas & vera potentiarum harmonia.
Ratio est, quia appetitus inordinatio, vel, ut *Philosophus* lib.
4. Ethic. cap. 9. & 2. Rhetor. c. 6. loquitur, φόβος τις ἀδοξίας me-
tus turpitudinis est pudoris causa, vide Gen 3. v. 6. & 7. Atqui
Protoplasti homines adulti & sanæ mentis ante lapsum non o-
pus habebant ut erubescerent, licet nudi essent, Genes. 2. v. 25.
In quo dicto inter alia tenendum verbum וְתַפְאֵל es-
se in Hitpael, adeoque significationem obtinere reciprocam
hoc sensu: *Non ducebant se pudore vel erubescientia dignos, quip-
pè nullius turpitudinis & foedæ libidinis sibi consciī, quemad-
modum ad istum locum rectè scribit Augustinus lib. 14. de C.D.
cap. 17: Nudi erant & non confundebantur, non quod eis sua nudit-
tas esset incognita, sed turpis nuditas nondum erat, quia nondum
libido membra illa præter arbitrium commovebat, nondum ad
hominis inobedientiam redarguendam suā inobedientiā caro quo-
dammodo testimonium perhibebat.* Ergo in protoplastis non
dabatur turpitudo & membrorum rebellio, sed sanctitas, ca-
stitas,

stitas, & vera potentiarum harmonia, hoc est, Originalis justitia.

LXII. Mirum ni etiam hīc adversariæ factionis dux & ~~uram~~ aliquid somniarit novi. Ait igitur, nostram rationem nullam esse, cum potius ex eo, quod Adamus deliquit, appareat, appetitum ac sensus rationi dominatos fuisse, nec bene inter hanc & illos antea convenisse. Hoc ipsum cavillum repetit Socinus in libro cui titulus, *Quod Evangelici debeant se adjungere, qui falso vocantur Ariani.* pag. 51. Item Smalcius in Refut. D. Frantzij disp. 2. p. 58. R. 1. Istæ sunt argutiæ & subtilitates heretico- rum, quibus simplicitatem communium verborum torquent in questionem, quemadmodum jam suo tempore conquestus est Tertullianus lib. advers. Hermog. pag. oper. 400. Sed quæ iterum sequela? Adamus deliquit. Ergo inter appetitum & rationem antè delictum non conveniebat. Hoc tantùm sequitur: Ergò Adam à serpente infernali deceptus in illa convenientissima harmonia non permanxit, quod ambabus manibus largimur. 2. Nonne multi Angeli deliquerunt & sponte conversi sunt ad malitiam, ut Theodoretus loquitur quest. 19. in Genesin? Inde tamen nemo sanus conjicere audet, eos sine justitia & sanctitate conditos fuisse. 3. Nonne Rex Salomon habuit *לְבָב חֲכָם וּנְבוּן cor sapiens & intelligens* 1. Reg. 3. v. 12? & tamen nequissimo spurcissime libidinis vitio *cor ejus sese à Deo declinavit*, 1. Reg. 11. v. 3. 4. Originalis justitia non est opponenda libero hominis arbitrio. Adam quidem justus creatus erat, verum ita, ut propriæ voluntatis abusu posset fieri inustus. Atque hæc est differentia inter statum Innocentiae, & statum Gloriarum, quod in illo fuerit non delinquendi possilitas, in hoc verò futura sit delinquendi impossibilitas. 5. Protoplastos antè lapsum vitiosis affectibus prorsus caruisse evidenter confirmatur inde, quod post esum fructus arboris vetitæ (cui nulla peculiaris acuminis & cogitandi vis inerat, ut aniliter credidit Josephus lib. 1. Antiq. Judaic. c. 1.) demum de iis dicatur Gen. 2. v. 7: *Aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt* (scilicet *περιττωμάς*, quod antea saltem noverant *θελητικώς*) *se nudos, & consuerunt folia ficus.* Hinc ad illa verba vicissim per pulchritudinem

Cavillum
Socini.

Responsio.

F

Augu-

Augustinus d. l: Aperti sunt oculi amborum, non ad videndum, nam & antea videbant; sed ad discernendum inter bonum quod amiserant, & malum, in quo de ceciderant. Vid. etiam Philastr. Brixiens. hæref. 113.

5. Argu-
mentum à
Rectitudine
concreatio-
ne.

Exceptio
Socini &
Timpleri.

L X I I I . Quintò ita pro Originali in Adamo justitia argumentamur: Quicunque est conditus יְשָׁרֵךְ seu rectus, is etiam est conditus sapiens, justus & sanctus. Nam per rectitudinem omnis generis virtutes & potentiarum in homine perfectiones intelliguntur. Hinc vocabulum יְשָׁרֵךְ à LXX. Interpretibus quandoq; vertitur per Aug. Num. 23. v. 10. Prov. 17. v. 27. & c. 21. v. 2. quandoq; per יְשָׁרֵךְ Deuter. 12. v. 28. Jer. 26. v. 14. quandoque per יְשָׁרֵךְ Job. 33. v. 3. per יְשָׁרֵךְ Deuter. 31. v. 9. Ezech. 1. v. 7. per יְשָׁרֵךְ Job. 2. v. 3. & c. 4. v. 7. item per יְשָׁרֵךְ, quod unum ex Dei attributis est Ps. 92. v. 16. &c. Atqui primus homo conditus est יְשָׁרֵךְ seu rectus Eccles. 7. v. ult. Ergò primus homo conditus est justus, sapiens &c. atque sic in Originali justitia.

L X I V . Neq; hoc argumentum intactum relinquit Socinus, sed obvertit, hominem fuisse à Deo creatum Rectum, qui nihil pravi ab initio in homine fuit. Idem velle videtur Timplerius, quando objicit, hominem dicifactum rectum & integrum, quatenus naturaliter bonus à Deo fuit creatus, non autem moraliter. Semper enim distinguendum esse inter rectitudinem & integratatem, sive inter bonitatem naturalem & morallem. R. 1. Adversarii vitiosè petunt principium, dum quicquid volunt, commiscuntur sine ratione, sine fundamento, interim turpiter sibi sapientius contradicendo. V. g. paulò antè effutiebat Socinus in primo homine NON BENE convenisse inter rationem & sensus, nunc NIHIL PRAVI in eodem fuisse statuit. Quæ quomodo conciliari queant, hæretici ipsi viderint. 2. Sicuti vox יְשָׁרֵךְ quando Deo assignatur, non denotat nudam iniqutatis absentiam, sed etiam internam & essentialem Dei rectitudinem & justitiam; sic eadem vox homini ad Imaginem Dei formato appropriata, non solum pravitatis carentiam, verum etiam actus perfectos omnes virtutis numeros complectentes, & convenientissimam omnium potentiarum harmoniam

niam involvit. 3. In primo homine non tantum passiva , sed simul activa erat Imago Dei, quod demonstrat Michaël Neander in *Theol. Christian. art. de homine* p. 173. & seqq. 4. Et unde quæso Timplerus suam distinctionem inter *rectitudinem* & *integritatem* in hoc negotio probabit? Sanè ipse eam enervat , quando hominem *rectum* & *integram* factum afferit. 5. Deniq; intelligit Timplerus per naturalem bonitatem ipsam hominis essentiam & intelligendi ac volendi facultatem, quæ post primi hominis lapsus remansere. At verò *Ecclesiastes cap. 7.* de ejusmodi integritate & bonitate loquitar, quæ post lapsus sunt amissa, ut ex contextu patet. Ergò illa distinctio hīc locum habet nullum. Conjunge quæ ad argumenti tertii exceptionem quartam respondimus supra thes 6o.

LXV. Sextum argumentū nostrum sic habet: Quicunq; in creatione repletus est scientiā intelligentiæ & indutus virtute ad Imaginē Dei, ita ut proptereà filius Dei dicatur, ille in Justitia Originali est conditus. Atqui primus homo in creatione repletus est scientiā intelligentiæ & indutus virtute ad Imaginem Dei, ut proptereà etiam Filius Dei fuerit dictus. Ergò primus homo conditus est in Originali justitia. Major est ~~avantippū~~ ^{vera} Minor quoq; perspicuè probatur ex *Sir. 17. v.1.* & seqq. ubi de protoplastis scribitur : *Disciplina intellectus replevit illos Deus. Creavit illis scientiam spiritus: sensu implevit cor illorum, & mala & bona ostendit illis.* Item ex *Luc. 3. v.38.* ubi Adam appellatur *filius Dei*, nempè filius non genitus, sed factus ad Imaginem Dei. Non n. erat filius Dei simpliciter, quia à Deo creatus fuit, (aliàs etiam cœlum, aër, aqua & reliqua elementa, sicut & animalia bruta filii Dei essent, quod tamen sine grandi piaculo nemo affirmaverit) sed quia ad Imaginem Dei in perfecta intelligentia & virtute fuit conditus.

LXVI. Septimum argumentum pro nostra sententia esto hoc : Is qui sine præviâ institutione per naturam convenientissimis res omnes appellavit nominibus, perfectam quoque & exactam rerum habuit cognitionem adeoque Originalem justitiam. Talis namque sapientia & omnium creaturarum intelligentia ipsam Originalis justitiae essentiam ac definitionem ingreditur. Atqui Adam ante lapsū sine prævia institutione

6. Argumentum à mentis in scientia & virtute repletions.

7 Argumentum à convenientissimâ rerum omnium appellacione.

per naturam convenientissimis res omnes appellavit nominibus. Quamvis enim in altissimo somno esset constitutus, nihilque de Evæ ex sua substantia formatione cognovisset, nihilominus quamprimum eam aspexit, statim carnem de sua carne & ex sua costa formatam esse intellexit, simulque aptissimum ei nomen imposuit inquiens : *Hæc est os de ossibus meis, ḥ caro ex carne mea, quapropter vocabitur וִרְאֹגֶה Virago* (ut cum vulgata Latina Pagninus vertit, seu *Vira*, ut mavult *J. Drusius in notis ad Sulpitium pag. 12.*) *quia מַאֲיָשׁ ex viro sumpta est. Gen. 2. v. 23.* Similiter reliquorū omnium animalium (Pisces igitur & animalia per æquivocam generationem producta ex horum censu temerè sequestrantur à Torniello in annal. etat. 1. p. 34.) formas introspexit, & ipsis convenientissima nomina assignavit, *Gen. 2. v. 20.* Quare Adamum ante lapsum rerum perfectā scientiā & Originali justitiā præditum, sicut summum Philosophum & summum Prophetam fuisse oportet, quemadmodum insignis quidam Theologus concludit. Et hoc, referente *Theodoto*, agnovit etiam homo gentilis *Pythagoras* statuens, *καὶ μόνον λογιώτατον, ἀλλὰ καὶ περσέσυτατον ἡγεῖσθαι τῶν σοφῶν τὸν Θέμενον τὰ ὄντα τοῖς πεάγμασι.* Similia reperiuntur apud *Platonem in Cratyllo.* Atque hæc septem argumenta pro concreatione Originalis justitiæ in primo homine sufficient, plura si quis cognoscere expetit, adeat Clariss. & Præcellentiss. Theologum *Dn. D. Meissnerum* Præceptorem meum singulariter colendum in *Anthrop. sacra disp. 1. quest. 6.* & *in considerat. Theolog. Photian. cap. 5.*

Adversariorum objectiones diluantur.
3. *Objectio.*
Socini bimembri.

L XVII. Restat nunc nihil amplius circa hoc caput, quam ut nonnullas Socini & Timpleri contra nostram sententiam objectiones diluamus. Prima verò objectio *Socini in prælect. Theolog. cap. 3.* ita sonat : *Si homo Deo similis in justitia & bonitate conditus fuisset, impeccabilis creatus fuisset, sicut Deus, qui malus & injustus esse non potest.* Præterea hoc pacto post peccatum *imago & similitudo illa deleta in homine fuisset.* Sed utrumq; falsum. Nam & homo peccabilis fuit, & post peccatum etiam ad imaginem

1

imaginem & similitudinem Dei factus esse dicitur, Genes. 9. v. 6.
Jac. 3. v. 9. Imago igitur Dei ad quam conditus est homo, ne in
ipsa quidem mente ac ratione praecipue consistit, sed in dominatu
rerum omnium, presertim inferiorum sex diebus a Deo creatu-
rum. Pari ratione concludit sordidus ille Smalcianus in Refut.
Franzij disp. 2. p. 60. & 61. item Calvinianorum dogmatum
strenuus propugnator Wolfgang. Musculus in comm. super cap. 1.
Genes. pag. 42.

LXVIII. R. Pleraque Adversariorum argumenta nihil
aliud sunt quam scopæ dissolutæ & farrago inanum verbo-
rum, quæ ~~εἰδη ποιῶσιν~~. Dico proinde ad Socinianæ objectionis
membrum prius, quod etiam Ostorodus vehementer urget in
Instit. cap. 33. p. 266. id totum non ex Scripturæ scrutinio, sed
ex cœcæ rationis judicio depromptum esse, & quidem ita, ut
directè Apostolo & sacris literis dicam scribat, quare eadem
facilitate rejicitur quâ adducitur. Rectè n. Isidor. Pet. l. 2. Epist. 5;
Tas. 9. inquit, ~~Ἐχοτε τὴν ἀληθήν, τὸν αὐτὸν ἀληθὸν Αἴτια παραπέμψας~~
με; Deinde ludit in illo hæreticus æquivocatione vocabuli *Im-
peccabilis*: Quandoquidem Impeccabile dicitur dupliciter, i.
quod nullo peccato contaminatum est, habetq; integritatem
& puritatem tam intimè connexam, ut perpetuò possit non
peccare; 2. quod ~~αὐτὸς~~ in æternum non potest peccare. Priori
modo Adam antè lapsum verè vocatur *Impeccabilis*, cum pro-
portionatā à Deo acceperit puritatem & justitiam, quâ in isto
felicitatis statu sine fine perseverare potuisset, si saltem vo-
luisset, non secus atquè omnes Angeli justi & boni creati sunt,
quorum quidam à bonitate & justitia concreata desciverunt,
quidam autem perseverarunt; Posteriori verò modo non item,
quippe cum sic soli Deo competit esse ~~ἀπαράγματος~~ ~~νοῦς ἀνεπίθετος~~
~~τῆς ἀπορίας~~ seu impeccabilem, sicut & ipse solus essentialiter
bonus est, ut non possit aliud nisi bonum agere. Inde tamen
nondum sequitur Adamum Deo in justitia & sanctitate non
fuisse creatum similem, quoniam juxta illud ~~πολυθύμαντοι~~: Omne
simile etiam dissimile.

LXIX. In altero objectionis membro 1. committit Soci-
nus fallaciam Oppositionis, dum inter se arctè conjuncta tan-
tum obomorpi

Responsio
ad membrū
prius.

ius auctoritatis
Socii impecc-
abilis.

quam contraria disjungit. Nam dominium super creaturas ad imaginem divinam quidem pertinuit, verum non plenè & adæquate, sed partialiter & incompletè, adeoque non excluditur sapientia ac justitia, quin potius in hac *Imago Dei* ~~est~~ ^{est} in illo ~~est~~ refulerit. 2. Quæ itaque de Imagine Dei post lapsum residua garrit, infringuntur brevi canone: *A positione Imaginis Dei generalis & ceteris sumptæ, ad positionem specialis nulla est consequentia.* Sed de hac re infra cap. ult. & in disp. de Immortalitate primi hominis ex professo agemus, ubi itidem ad allata dicta ex Gen. 9. Fac. 3. &c. plenissima solutionis fundamenta monstrabimus. 3. Non possum tamen prorsus sicco pede præterire memorabilem Socini in præsenti negotio contradictionem. Utut enim is acriter contendat hominem non esse Deo similem conditum in justitia & sanctitate, sed Dei imaginem in dominatu consistere, tamen exemplò quasi intervallo nactus hujus suæ insanæ subnectit: *Non potest homo istam divinam imaginem, nempè dominatum adipisci, nisi alia imago antecedat, sanctitas scilicet & innocentia, ad quam imaginem novus homo hic primum conditus est.* Quid hisce clarius pro nostra sententia dici posset?

*errari: So-
cini pro
conforma-
tione objec-
tionis.*

Responsio.

L X X. Interim Socinus mox ad vomitum rediens instat priorem suam Helenam deperire: *Imago divina, inquiens, quam in altero seculo habituri sumus, in eo constitutum est, quod omnibus inimicis nostris & morti ipsi ac inferno plenissime dominabitur: nec aliquid præstantius in Deo est, quam cunctarum rerum dominatus atq; imperium.* Et hinc eandem quam antea conclusionem infert. R. Multis scatet vitiis hoc Sophisma: 1. Conclusio directè nostræ assertioni, quæ est, Adamū in vera justitia & sanctitate conditum esse, non opponitur, cum contra Socini inferat: Ergò *Imago Dei non consistit præcipue in mente ac ratione, unde omnis in Adamum justitia dependebat.* 2. Plus continet in se conclusio, quam fuit in præmissis. Nam licet utraq; præmissarum admittatur, non aliud inde elicetur, quam Dei Imaginem etiam in dominatu consistere, quod ultrò largimur. Unde verò jam illud præcipue, vel tantum in dominatu? Unde illud non in mente ac ratione? *autem non est neque auctoritate!* 3. Et quomodo

quomodo ista hæreticus conciliabit cùm eo, quod in *Antipuc-*
cio scribit cap. 2. p. 88. se cùm Antiquioribus credere, propter illa
duo verba, *Imaginem & Similitudinē*, NON MODO imperium in
res creatas sed etiam rationalem animam in divino illo testimonio
contineri? 4. Idem pueriliter petit principium. Probandum e-
nim ipsi adhuc *Imaginis Dei* in vita beata restitutionem in eo
præcipue fore, ut dominemur morti & inferno, cùm Aposto-
lus eam potius in læta Dei visione & perfecta ejusdem cogni-
tione ponat 1. *Cor. 13. v. 12. c. 15. 28.* 1. *Job 3. v. 2.* 5. Quinimò illam
propositionem ipsa conclusio funditus evicit. Etenim si (ut
conclusio habet) *Imago Dei* consistit in dominatu rerum omni-
um, præsertim inferiorum sex diebus creatarum, istæ autem res
inferiores omnes, excepto homine, in extremo die penitus in-
teribunt, (quemadmodum apertissimè constat ex *Psi. 102. v. 27.*
Ies. 65. v. 17. *Matth. 24. v. 35.* 2. *Petr. 3. v. 10.* *Apoc. 21. v. 1.* quæ dicta
maximam partem contra *Puccium* pro essentiali totius uni-
versitatis destructione ipse *Socinus* rectè urget pag. 136. & seqq.)
omnino necessarium est nullam amplius in altera vita mansu-
ram Dei *Imaginem*. Quod annon sit *Socinum* proprio jugu-
lasse gladio penes cordatos esto judicium. 6. *A. 102029* est nihil
esse præstantius in Deo quam cunctarū rerum dominatū. Deus
quippè, quemadmodū est *אֵל שָׁדִי* & *אַוְתָּקָחָנָס* nullā re
externā indigens, sic etiam est *αὐτὸς ἀνέρ* & perfectissimus,
adeò ut æternā ipsius essentiā nihil præstantius vel dari
vel cogitari queat. Quā igitur ratione Dei dominium in crea-
turam, quod est *μετανοία*, quod in tempore cœpit, quodque mi-
nimè tanquam esse *essentiale* Dei attributum cum Deo converti-
tur, ipsius perfectio, & quidem summa perfectio esse poterit?

LXXI. Secunda *Socini* contra concreatam *Adami* justitiam
objectio est: *Justitia Originalis Adami* aut fuit impeccabilitas
seu conditio ea ut non posset peccare, qualem boni Dei angeli nunc
habent, aut fuit Adamum non peccare, antequam peccasset. At non
prius habuit Adam, cum eum peccasse constet. Neg₃ posterius,
quia ridiculum aliquem non peccare antequam peccasset. Ergo
nulla in Adamo fuit *Originalis justitia*. R. Advertat lector
præstigiarum seriem. 1. Recurrit similis in voce *Impeccabilita-*
τις *μετανοίας εἰλεύχος*, quem Gordianum nexum ante dissolvimus.

Dominium
non præci-
pus Imag.
Dei pars.

2. Objectio
Socini.

2. Dilem-

2. Dilemma est vitiosum, quia datur tertium membrum, quod Socinus studio omisit, quando addere debuit: *Aut fuit naturalis in Adamo rectitudo, quā ab omni peccato immunis esse potuisse, si suā libertate ex persuasione serpentis abusus non fuisset.* 3. Membrum posterius pro sua autoritate sine fundamento frivolè arripit. Non sanè ridiculum, sed certissimum & verissimum est, Adamum non peccasse antē illam *mælangiū nūi īmāgīnārī*, ex qua, veluti ex Pandoræ pyxide, inter alia mala etiam mors in mundum introiit, & in omnes homines pertransiit, quemadmodum Apostolus Rom. 5. loquitur.

3. *Objectio
Socini.*

LXXII. Tertia objectio: *Si Adamus idcirco antē illud delictum justus fuit, quia nullum aliud peccatum antē commisit, iustitia ista non Originalis sed actualis fuisset.* R. Originale & actuale non sunt *īmāgīnārī īvīcīpīsa*, sed *īwāndā*, quapropter male à positione unius ad remotionem alterius procedit Hæreticus. Proindè sic Adami rectitudo dicitur & *Originalis iustitia*, quia ei à prima Origine instar naturalis cujusdā affectionis concreata fuit, ut superius cap. 4. explicavimus; dicitur & *Actualis*, quia Adam, quamdiu in integritatis statu perstiterit, eandem in actum deduxit Deum supra omnia colendo, & associatam sibi mulierem castè diligendo.

4. *Objectio
Socini.*

LXXIII. Quarta objectio: *Aut ideo antē delictum illud justus fuit Adam, quia nullum aliud Dei mandatum sibi traditum transgressus est, aut quia nihil adversus propriam conscientiam commisit.* Si priore modo, rursus distinguo. Nam aut nullum aliud habuit Dei mandatum, aut aliquod habuit. Si nullum habuit, neque etiam ullum transgredi poterat. Si aliquod habuit, dicant quodnam fuerit, idq; ab ipso conservatum fuisse doceant. At vero si altero modo, probent Adamum, antē illud delictum nihil contra propriam conscientiam fecisse, id quod certè nunquam probabunt. R. I. Perpetuā *āvīdōzīz* laborant Socini argumentationes, & in cornuti hujus Syllogismi majore iterum insufficiens est partium enumeratio. Reperitur enim adhuc tertium, ob quod Adam antē peccatum primum justus prædicatur, quia videlicet in *Imagine Dei*, vera iustitia ac sanctitate creatus fuerat. 2. Ad probationem prioris membra dico, habuisse

buisse omnino Adamum ab initio cum speciale mandatum, de non comedendo fructu ex arbore scientiae boni & mali, tum ipsam universam naturae legem, contra quam ante lapsum non peccavit. 3. Posterius membrum non nostrum sed Socii- ni est probare, juxta tritam in Scholis regulam: *Affirmanti incubit probatio*. Interea satis nostram sententiam ex Imaginis divinæ naturæ superius deduximus. Quo refer illud *Gregorii lib. 2. in 1. Reg. cap. 4: Imago & similitudo Dei est, inclito odio malum odisse, & amore perfecto bonum diligere* 4. Et quomodo per Deum immortalem ante primum lapsum hominis potuit aliis in eo esse prior lapsus? Nonne ista contradictione implicant? Hinc Aug. tom. 7. de Corrept. & Grat. c. 10. recte infit: *Adamus cœpit habere vitium, ex quo cecidit: Et si cœpit, antequam cœpisset, utiq. sine vitio antea fuit.*

LXXIV. Quintam objectionem ex suo cerebello in 5. *Objectio* subsidium Socino vocat *Timplerius in Anthrop. cap. 1. prob. 12: Timpleri.* *Cum creatio hominis nihil aliud fuerit quam productio hominis, quatenus est homo, per illam homo tantum accepit bona naturalia non moralia. Sanctimonia autem & justitia non sunt bona naturalia, sed moralia.*

Resp. 1. Dextrè suo Fratri ad hoc respondet. *Pareus in castig. Bellarm. c. 5. p. 56: Philosophi, inquiens, nesciunt naturam hominis integrum, nesciunt corruptam, quia creationem & lapsum hominis ignorant. Medium igitur naturam fingunt solis principiis, partibus, facultatibus naturalibus constantem, cui omnia naturæ corruptæ nunc adjacentia sint naturalia per se. Hos imitantur Sophistæ (nota lector sectam Timpleri) quasi S. literas nunquam vidissent. Et cap. 6. pag. 84. ait idem: *Animas fingere nec justas nec injustas, est φεόλογος, novis Metaphysicis Theologie depravatoribus relinquendum.* Hæc Pareus. Nos 2. falsissimum pronunciamus hominis creationem nihil aliud fuisse, quam hominis nudi sine qualitatibus & dotibus productionem, cum Scriptura expressè doceat, Deo id in primis propositum in creatione fuisse, hominem ad Dei Imaginem & Similitudinem, h. e. non nudum & derelictum, sed justum, sanctum, purum & rectum producere.*

*Naturale
aliud est
ouστηνηον
aliud ou
νεμαθυτον.*

Tandem 3. Naturale in statu creationis erat homini. 1. quod naturam humanam constituebat. Sic naturalia dicuntur essentialia hominis principia, anima & corpus. 2. quod naturae constituta per se ex ipsa creatione adjocebat. Sic naturales dicuntur homini fuisse dotes perfectionis, ut sunt rectitudo motuum, actuum, potentiarum, immortalitas & felicitas. In priori significatione voce Naturalis accepta, concedimus sanctimoniam & justitiam non fuisse bona naturalia, in posteriori negamus. Confer responsonem supra datam ad argumenti tertii except. 4.

**6. Objectio
Timpleri.**

LXXXV. Sexta & ultima objectio (quam enim adhuc isti superaddit Timplerus à lapsus Adamitici facilitate, prorsus convenit cum exceptione Socini ad quartum nostrum argumentum, itaq; eadem quæ ibi potest militare responsio) hæc est: *Homo à Deo per creationem accepit liberum arbitrium, per quod indifferens fuit ad utrumq; oppositum, ita ut potuerit, si voluisset, Deo vel obedire, & sic fieri justus vel injustus.*

Resp. 1. Familiare est Timplero τὸν ἀρχὴν αὐτοῦ. & id quod in quæstione est pro novo pbandi medio ponere, sic circō neq; hīc ejus nudæ assertioni credimus. 2. Habuit quidem Adamus in innocentie statu liberum arbitrium, quo ad utrumque oppositorum se convertere potuit, non tamen propterea in eo negari debet naturalis voluntatis rectitudo & habitualis ad bonum inclinatio, quemadmodum supra fuit demonstratum. 3. Et sicut post lapsum non tantum ideo corrupti dicimur, quia peccatum operamur, verū etiam quia cum habitu peccati nascimur; ita primus homo antè lapsum integer denominatur, non tantum quia justè vivere debuit, sed in primis, quia in Imagine Dei seu habitu justitiae ac sanctitatis creatus fuit. Concludimus ergo cum *Damasceno* libr. 2. cap. 12. Adamum conditum esse tūm ἀνακον, tūm simul ἐράρετον, οὐ δῆλον, ἀλυπον, ἀμέριμνον, παση ἀρετῇ κατηγορίᾳ μένον καὶ πᾶσιν ἀγαθοῖς κομισθε. ὅπερ ἔδι
δεξαι.

CAP.

133

3

CAPUT VI.

An solus homo sit ad Imaginem Dei conditus?

LXXVI. Cum non solum hodiè in corruptionis statu hominis anima, quatenus scilicet intelligens & immortalis spiritus est, creaturis corporeis multum antecellat; verum etiam admiranda humani corporis structura, ejusdemq; ad decentem longitudinem erecta versus cœlum statura (quam propter ea in Adamo ante lapsum *Giganteam* fuisse contra *Johan. Lucidus l. 1. de emend. temp. c. 4. Libavius in notis Hex. pag. 717. Ovid. i. Metamorph.*) infinitæ potentiarum, sapientiarum ac bonitatis divinarum scintillulas de se spargant, de quo eleganter Poëta canit:

*Pronaq; cum spectent animalia cetera terram;
Os homini sublime dedit, cœlumq; tueri
Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus.*

Quam ob causam inter reliquas creaturas homo adhuc post lapsum ad Imaginem Dei factus esse prædicatur, homicidiumque sanguine iterum vindicandum præcipitur *Genes. 9. v. 6;* hinc non immerito queritur: *An solus homo ad Imaginem Dei sit conditus, an præter eum etiam creaturæ aliæ?*

LXXVII. Magnam dubitandi ansam præbet Philo ex *Dubitandi Platonis Timæo in libr. de opif. 6. dierum* scribens, *Universum mundum magis referre Dei Imaginem, quam hominem, qui mundi tantum pars est.* Cui sententiæ adstipulari videtur *Sixtus Senensis in Biblioth. sancta lib. 5. annot. 32.* Item *Rudolf. Otreb,* aut si certis conjecturis de vero istius libri autore aliquid dandum, *corum auctorum placitis & Scholastis Robertus Flud in tract. Theol. Philos. ad fratres Ros. crucis libr. gumentis. I. de vita c. 1. pag. 10. & c. 5. p. 25.* Præterea notum est illud in Scholasticorum disputationibus frequens argumentum: *Quodcumq; assimilatur Deo similitudine sive adæquata, sive analogica seu juxta proportionem, in eo etiam est Imago Dei.* Atqui omnis creatura assimilatur Deo, similitudine si non adæquata tamen analogica. Convenit enim creator certa proportione cum quavis creatura in essendo seu in quantum ad existere. Brutis animalibus assimilatur quoque Deus in vivendo seu in quantum ad ipsum vivere. Ergo in omni creatura est Imago Dei. Porro; In quacumq; creaturam reperitur Imago Dei, illa etiam

recte ad Imaginem Dei facta dicitur. At qui in omni creatura
præsertim vivente reperitur Imago Dei. Ergo omnis creatura
præsertim vivens ad imaginem Dei recte facta dicitur. Quemad-
modum igitur alias τοιούτας δος γένεται ταῦτα συμφωνίᾳ, juxta Philos.
libr. 1. Physic. c. 2; ita quoq; ex modò adductâ hypothesi præ-
suppositâ Franciscus Puccius Socini Antagonista ausus est ul-
terius colligere, non tantùm hominem, sed omnes res crea-
tas in ipsa creatione à Deo immortalitate esse donatas, quo-
niam, inquit, *in omnibus rebus creatis fuit aliqua similitudo*
creatoris. At nihil est magis dissimile, quam mortale immortali.
Vid. primam ejus disputat. Racov. excus. de Statu primi hominis
thef. 5.

Puccii opinio.

Questionis
decisio
Scriptura.

LXXXVIII. R. Si loquendum nobis est cum *divinis*
literis, à quarum præscripto in nullo discedere oportet, monen-
te Cyrillo lib. de recta fide ad Reginas, asseverare minimè possu-
mus, omnes creature ad Dei imaginem conditas esse, siqui-
dem exactissimus *prophetæ* descriptor Moses nullibi meminit,
plures creature, præter hominem, ad Imaginem Dei factas
esse, quod haud reticuisset, quando multò leviores earundem
conditiones tam diligenter annotat. Quin potius Moses si-
cū & universa Scriptura homini tanquam speciale privile-
gium assignant, quod statim in ortus initio ad *Imaginem Dei*
creatus sit, quomodo igitur id omnibus creaturis poterit
esse commune? Illud sane, ait Origenes homil. 1. in cap. 1. Ge-
neseos, eminentius in conditione hominis video, quod alibi non
invenio dictum, *Et FECIT Deus HOMINEM AD IMAGINEM SUAM.*
Ubi tamen sciendum, Mosen in Genesi non voluisse expressis
verbis describere creationem substantiarum merè spiritua-
lium & invisibilium, adeoq; Angelorum, sed solummodò re-
rum corporearum & visibilium sub sensus cadentium, inter-
quas, quia nihil amplius reperitur, quod Dei in se contineat
Imaginem excepto homine, convenienter huic tantum ean-
dem transcribit, licet in omnibus conspicuum sit Dei quoddam
vestigium, ut habet cautela Alberti in cap. 10. Luce.

Examen ar-
gumenti
Scholasti-
corum,

LXXXIX. Cæterùni major propositio in Syllogismo
primo non est universaliter vera. Quandoquidem non
quævis similitudo ex altero expressa est propriè dicta *Imago*,
verum

verùm duntaxat similitudo illa, quæ vel secundum speciem, vel secundum accidens proprium, aut utrumque, h. e. specificam essentiam, aut qualitatem aliquam propriam, aut figuram, alterum repræsentat. V. g. Ex quisquiliis navalibus generatur & effiguratur mus, sed mus non est quisquiliarum. Imago, quoniam similitudo duntaxat est secundum genus. Sic si quoddam album producatur ad similitudinem alterius albi, *ἴεται οὐκ ἀνεῖσθαι* dici nequit, quod illud album ad Imaginem alterius albi sit productum, quia albedo est accidens commune cùm multis individuis tūm multis speciebus. Sic ovum est ovo similimum, sed unum alterius Imago nunquam rectè vocabitur. Contra filius quisq; Imago sui patris est, quia & essentiam hujus specificam & effigiem formamq; refert. Cæsar pictus est imago viventis Cæsar, quia ad hujus quantumvis non essentiam, tamen effigiem & peculiarem figuram ille pictus efformatus est & effectus.

LXXX. Quando hæc jam transferuntur ad ipsum Deum, puta per quandam *ἀναλογίαν*, nam in Deo propriè loquendo nec genus, nec species, nec accidens sive proprium, sive commune invenitur, facilè depræhenditur, Dei imaginem verè sic dictam non in quavis similitudine cum Deo consistere, sed duntaxat in similitudine propriā, cuius vi per quam proximè ad Deum fit accessus. Ita Christus maximè propriè est & appellatur *vera & naturalis Dei Patris Imago* 2. Cor. 4. v. 4. Col. 1. v. 15. tūm quatenus è substantia Patris ab æterno est genitus, unde *χαρακτὴρ τῆς πατοσάσεως αὐτῷ* Hebr. 1. v. 3. & *ἀπαύγασμα Φωτὸς αὐτοῦ* Sap. 7. v. 26. Item *Φῶς καὶ Φωτὸς οὐ γένεσις αληθινὸς καὶ γένεσις αληθινὴ από τοῦ Πατρὸς*: in Concilio Niceno vocatur; tūm quatenus tota plenitudo Deitatis, quæ in Filio est, assumptæ carni *παραπτυχῶς οὐ γένεσις από τοῦ Πατρὸς* unita & impressa, ipsam suam & Dei Patris majestatem, indolem ac quasi faciem per divina opera variasq; rationes alias luculentter & splendidè fidelibus referebat, quo sensu Salvator ipse dicit Job. 12. v. 45. & cap. 14. v. 9: *Qui videt me, videt Patrem.* Quemadmodum ergò quilibet genuinus Filius Patrem exactè repræsentans Parentis sui est imago, pariter quoque Christus

Christus

Imag. Dei

Patris

qua ratiōe

dicatur.

quatenus est æternus Filius, Dei Patris Imagō est, substantialis
nempē & perfecta, immò omnium perfectissima, quoniam
non eadem specie natura est in Dei Filio & in Patre, ut apud
nos homines sit, sed eadem numero, hinc nunquam Christus
legitur esse ad Dei Imaginem, (quæ phrasis essentiam, si non
genere vel specie, ad minimum numero diversam involvit.)
verùm semper ipsa Dei Imagō nuncupatur. Quæ singula con-
tra Photinianos & Ariomanitas, in primis Valentini Smal-
cium probè notanda sunt, qui Christum non naturalē Dei Ima-
ginem esse, sed tantūm nostri respectu & ratione doctrinæ eum ita
dici blaterat in Exam. 157. errorum Jesuitæ Smigley pag. 10.

Homo qua-
lis Im. Dei.
Damascen.
orat. 3. de
Imag.

LXXXI. Ita homo in innocentiae & perfectionis statu
nón quidem ut Christus est φυσική, σοιώδης & secundum Dama-
sceni stylum αναγάλλεται, i. e. Naturalis, essentialis sive substancialis & completa Dei Patris Imagō, quæ, definiente Greg. Nysseno in lib. de diff. Essent. & hypost. per omnia perspicuitatem evi-
dentiamq;, ac nullam variationem differentiamq; continet; (si-
cut statuere videtur Raymundus de Sabunde Hispanus in natura-
li Theolog. c. 121. & post hunc quidam μαρτυροῦ afferentes Ima-
ginem Dei in homine esse COELESTEM CHARACTEREM FACIEI DEI.
Vide Paxillum in Monomachia Trinitat. pag. 264. & 284.) sed
μηντούχη, accidentaria & gratuitâ quadam similitudine referens
non parilitate suâ exæquans Deum, cum aliud sit secundum ve-
ritatem esse, aliud veritatem ipsam, ait Tertullianus libr. 2. adv.
Marcion. p. 199. Sicuti alia est Similitudo in essendo seu in perfe-
ctione quidditativa, alia in repræsentando seu in ratione repræsen-
tativa, ut ex Petro de Aliaco scribit Altenst. in vocab. Theol. f. 235.
Quapropter etiam in ordinaria articuli de Imagine Dei sede
homo non exquisitè & in casu recto dicitur ipsa Dei Imagō,
verum ad Imaginem Dei (id est, secundum imaginis & similitu-
dinis divinæ speciem, quemadmodum Hilarius annotat in Enar-
rat. Psalm. 118.) conditus Gen. 1. v. 26. c. 5. v. 1 Ephes. 4. vers. 24.
Col. 3. v. 10.

Cur homo
potius ad tu-
sancti dicitur ad Imaginem Dei creatus, & non in casu recto
Dei imagi- Dei Imagō? Resp. Sacræ literæ hominem quoq; alicubi ipsam
nem, quam ipsa Imaginem figuratè & per Syncdochēn appellant, ut i. Cor.
in Scripturis

LXXXII. At quæret aliquis: Cur homo in lingvâ Spiriti-
potius ad tu-
sancti dicitur ad Imaginem Dei creatus, & non in casu recto
Dei imagi- Dei Imagō? Resp. Sacræ literæ hominem quoq; alicubi ipsam
nem, quam ipsa Imaginem figuratè & per Syncdochēn appellant, ut i. Cor.

11. v.

11. v. 7. & Sap. 2. v. 23. idq; propter veram similitudinem, quam homo aliquando internè ratione omnium facultatum habuit, & adhuc post lapsum externè ratione dominii habet cum Deo. Alias semper conditus scribitur ad imaginem, quia perfectè non repræsentat Deum, sicut Christus suum Patrem. Consule Augustinum tom. 3. de Trinit. lib. 7. c. 6. & quest. libr. 85. quest. 51. Hinc scitè Lombardus l. 2. sent. dist. 16: Homo, ait, & *imago* dicitur & ad imaginem; *Filius autem imago, non ad imaginem:* quia natus est & non creatus, æqualis & in nullo dissimilis; *Homo creatus est à Deo non genitus, non parilitate æqualis, sed quadam similitudine ei conformis.*

LXXXIII. Angelos quod attinet, quamvis illi nuspiam in Scripturis ad Imaginem Dei disertè conditi legantur, unde *Angeli sūt Macarius hom. 15. Timotheus Brigthus*, & qui hunc sequitur *ad Im. Dei Andreas Libavius* in disp. de I.D. magno conatu & argumentis, *conditi*. numero licet magis quam pondere pluribus eam Angelis detrahere laborant; attamen per optimam consequentiam id inde elici potest, quoniam scil. sunt & vocantur filii Dei, Job. 1. v. 6. c. 2. v. 1. & cap. 38. v. 7. (Etsi I. Drusius Rabbinizans in lib. de voce Elohim per filios Dei hīc astra intelligi existimet) Vocantur præterea ipsi אֶלְ�הִים, i.e. Dii, Ps. 8. v. 6. pro quo LXX. Græci & Paulus Heb. 2. v. 7. nomen Angelorum ponunt. Sunt ijdem spirituales, immortales, intelligentes, veraces, boni, justi & sancti creati, 1. Sam. 24. vers. 9. 2. Sam. 14. vers. 20. Psalm. 104. v. 4. Matth. 24 v. 36. Marc. 8. v. 38. Luc. 9. v. 26. Job. 8. v. 44. 2. Corinth. 11 vers. 14. &c. Quare Christus docet, nos tūm demūm perfectè beatos fore, adeoq; ipsi Deo in imagine similes, cum effecti fuerimus in cœlo ισαγγελοι, non per humanæ substantiæ in Angelicam immutationem, ut *Hinc mari* habet error, quem meritò reprehendunt Centuriatores Magdeburg. cent. 9. c. 4. p. 205; sed accidentalem in qualitatibus perfectionem, Matth. 22. vers. 30. Luc. 20. vers. 36. Confer Casmannum in Angelograph. & Gregorium de Valentia tom. 1. in Thom. disp. 7. quest. 3. gen. ubi contendit perfectiorem in Angelis esse Dei imaginem quam fuit in Adamo, sed à Valentiano dissentit Pererius lib. 4. in Genes. de Imagine Dei. quest. 3. Interim quia tale quid de nulla alia re creata sive animata sive inanimata,

præ-

præterquam homine & Angelis affirmari quit, ideo repudiata ista supra citatorum Autorum & Franc. Puccii inepta collectione concludimus, solas creaturas intellectuales propriè & accuratè loquendo esse ad Imaginem Dei factas, quoniam in illis solummodo proxima & specialissima similitudo & convenientia Dei invenitur.

CAPUT VII.

An mulier ad Imaginem sit condita?

LXXXIV. De Encratitis sceleratissimis hæreticis, quem primus magister fuit Tatianus Syrus Valentini & Marcionis sectator, de quo Severianus à Severo Apellis successore sic dictis, qui secundo post Christum natum seculo vixerunt, testatur historia Ecclesiastica, eos inter plurima impia & horrenda quæ fovebant dogmata, etiam mulierum sexum tanquam impuram & per se malam creaturam prorsus damnasse, quod re legi potest Irenæus libr. 1. adv. hæres. cap. 31. Eusebius lib. 4. histor. Eccles. cap. 27. Epiphanius tom. 3. lib. 1. Augustinus tom. 6. de hæres. ad Quodvultdeum. Philastrius Brixiensis hæres. 48. & in supplement. 73. Damascenus lib. de hæresibus. Crassissimum istum jamdudum ex Christianorum Schola explosum errorem, iterum in proscenium nostro tempore reduxit.

ἀπάντων ἀρχόποιον ἀναγνούσθατο & perficitæ frontis Anonymus scriptor, in suo tract. de ea materia edito, aliquot rationibus ex Scripturâ nefariè tamen detortâ petitis, scurriliter litigans, mulieres non esse ad Imaginem Dei conditas, atq; sic nec in hominum censu habendas. A qua impietate parum abest

Cum vetere Autor lib. questionum in V. & N. Testam. quest. 21. & 45. Item *ribus hæres.* Wolfgangus Musculus Calvinicola, qui in Loco de creatione hæticus & fanaticus pag. 15. statuit, illam Dei Imaginem, ad quam homo inimicis nobis pro nos sapientia & justitia, sed in dominii dignitate, quæ viro statim sculus & in prima creatione concessa, mulieri vero denegata fuit. Hanc Socinus col, interpretationem quoq; exosculatur Socinus cum asseclis, & iudunt. insuper Musculum propterea tanquam virum Doctissimum, qui

qui accuratè & copiosè Neophotinianorum doctrinam de Imagine
Dei propugnaverit, laudat in disputat. cont. Francisc. Puccium
cap. 2. p. 88.

LXXXV. Nos contra habemus firmum Propheticum & Mulierē ad Apostolicum sermonem, cui rectè facimus attendentes tanquam Imag. Dei lucernæ splendenti in caliginoso loco, 2. Petr. 1. v. 19. Is verò gra- formatam viter sæpiùs attestatur, non tantum marem, sed & fœminam in specie humana ad Imaginem Dei conditos esse. Constat hoc primum ex ipsa clarissima litera. Sic enim Moses Genes. 1. ab ex. 1. v. 27: *Creavit Deus HOMINEM in imagine sua, in IMAGINE pressa Scri- DEI creavit illum, masculum & FEMINAM creavit eos, non in pluralite.* Androgynon utrumq; sexum circa dorsum conjungendo, quemadmodum cum Judæis delirarunt Eugubinus in Cosmopæia & Franc. Georgius tom 1. probl. sed in duas distinctas personas distinguiando. Vide Sixtum Senensem lib. 5. Bibliothec. sanct. annot. 45. Et Janum Drusium in notis ad Sulpiciū p. 10. Sic Gen. 5. v. 1. & 2: *Creavit Deus hominem in Similitudine sua, masculū & FEMINAM creavit eos, & vocavit nomen eorum HOMO, in die quo creatis sunt.* Huc facit locus Matth. 19. v. 4. & Marc. 10. v. 6. Item Eccles. 17. v. 5. usq; ad 13. ubi dona Adamo & Hevæ utriq; sine discrimine collata fuisse commemorantur. Ergò Heva pariter ad Imaginem Dei rationalis facta, ijsdemq; dotibus ac naturalibus privilegiis exornata fuerat sicut Adam, nisi quod alter eorum masculinum sortitus est sexum, alter fœmineum, unde tenui corporis tantum & figuræ exoritur discriminē, dicente Theodore libr. 5. de nat. hominis. Neque ob aliam causam, quam ad humanæ naturæ & speciei cum nativis qualitatibus identitatem, sexus autem diversitatem indicandam, Adam (quem Hebræa lingua שָׁנָה, id est, ἄνδρα seu Virum appellat) suam Hevam fœminam ad primum conspectum Genes. 2. v. 23. vocavit שָׁנָה, id est Viram, seu ἄνδρια, ut Symmachus reddidit teste Hieron. libr. de trad. Hebr. in Gen.

LXXXVI. Deinde à pœnâ in mulieris interfectionem 2. Ab homi- constitutâ ita concludimus: Cujuscunq; occisio ordinariâ ho- micidii pœnâ, nempè sanguinis effusione, iterum viadicanda

H

est,

est, is est ad Imaginem Dei conditus. Atqui mulieris interfec-
tio ordinariâ homicidii pœnâ, nempè sanguinis effusione
vindicanda est. Ergò mulier est ad Imag. Dei condita. Majoris
luculentam connexionem monstrat nobis Moses Gen. 9. v. 6:
*Qui effuderit sanguinem hominis, per hominem sanguis ejus ef-
fundetur, quia ad Imaginem Dei fecit hominem.* Minor quoque
patet ex Exod. 21. v. 24. & 29. ubi eadem à Deo decernitur pœ-
na, sive quis offendat virum sive mulierem.

3. à cœlesti
imagine in
mulieribus
restituendis.

LXXXVII. Porrò: Quicunq; veterem terrenum homi-
nem ratione suæ imaginis exuere, & renovato mentis spiritu
novum cœlestem hominem induere debent, illi ad imag. Dei
sunt primitus conditi. Etenim vetus presupponit novum, &
rei alicujus in aliquo instauratio prærequirit ejusdem in eo-
dém aliquando præsentiam, quod Scholastici sic exprimunt:
Imago recreationis ordinatur ad imaginem creationis, Bonavent.
lib. 2 sentent: distinct. 16. art. 2. quæst. 2. *Iccircò cum novus homo*
ad Imaginem Dei conditus sit, afferente Apostolo Ephes. 4. vers.
24. Coloss. 3. vers 10. isque à veteri denuò est induendus, con-
sequens erit, quod etiam hic aliquando ad eam fuerit forma-
tus. Atqui non tantùm viri, sed & mulieres veterem terrenum
hominem exuere, novum ex adverso vicissim induere, sicque
ad Imaginem Dei renovari debent, ut ex generalibus modò al-
latis Pauli adhortationibus est manifestum. Conjunget dicta,
Rom. 1. v. 7. cap. 4. v. 12. cap. 12. v. 3. l. Cor 1. v. 2. & 10. cap. 12.
v. 13. 2. Cor. 9. v. 8. cap. 13. v. 13. Ephes. 1 v. 1. cap. 5. v. 25. & seqq.
cap. 6. v. 24. &c. Quod enim hic uni dicitur, omnibus dicitur,
Marc. 13. v. 37. Et in Christo non est neg. masculus neg. fœmina,
sed in eo omnes unum sunt, Galat. 3. v. 28. Ergò.

4. A Beati-
tudine ater-
na fœminis
communi-
canda.

LXXXVIII. Deniq; ratiocinamur hunc in modum.:
Omnis hæres vitæ æternæ est ad Imaginem Dei conditus. At-
qui fœmineus sexus est hæres vitæ æternæ. Ergò fœmineus
sexus est ad Imaginem Dei conditus. Major propositio est in-
aprico. Nulla namque creatura æternæ vitæ particeps fieri
potest, quæ non vel in vera sanctitate & justitia persistit, sicq;
concreatam Dei Imaginem retinuit, quemadmodum fecerit
exclusis malis boni Angeli; vel per Christum ad eandem la-
psu deperditam iterum est reducta & in libertatem filiorum

Dei

Dei asserta. In qua posteriore classe unicè numerantur homines pii, Rom. 8.v.21. i. Cor. 15.v.50. qui Christi διαθήπων beneficio in cœlesti patria Deum non amplius per transennam, sed clare videbunt, Job. 19.v.26. in ueni justitia Psalm. 17.v. 15. cum perfecta agnitione & sapientia, Joban. 17.v.3. i. Corinth. 13.v.12. i. Joban. 3. vers. 2. cum summa animi letitia, Johan. 16. vers. 22. Apocalyp. 7. vers. 17. & conformitate cum DEO seu sufficientia in eodem abundantissima, Apocal. 21. vers. 23. & cap. 22. vers. 5. Hinc ultimus dies vocatur Redemptio Luc. 21. vers. 28. Rom. 8. vers. 23. & dies refrigerationis restitutionis q[ui] nostræ Actor. 3. vers. 19. & 21. Assumptum probatur est Galat. 3. vers. ult. Phil. 4. v. 3. i. Petr. 3. v. 7. Item ex i. Timoth. 2. v. 15. ubi Apostolus ait, salvari seductam mulierem per generationem liberoe rum, id est, generatione liberorum saluti nihil obstante. Quæ omnia adeò certa & extra omnem dubitationis aleam posita sunt, ut Salvator etiam de meretricibus, sed resipiscientibus, pronunciet, illas in regno cœlorum præcedere Sribas & Pharisæos Matth. 21. v. 31. Plura quidem argumenta pro nostra assertione affiri possent, verum arbitror ista quatuor veritatis amatoribus sufficere, ut prolixiori probatione minimè sit opus; interim ne ulli difficultas aliqua remaneat, libet unam atq; alteram Adversariorum præcipuum evocare dispicere.

LXXXIX. Solent verò communiter objicere locum i. Adversarii ex i. Corinth. 11.v.7. ubi Apostolus inquit: Vir non debet veleriorum obrecaput, quoniam imago est & gloria Dei, mulier autem est gloriæ via viri.

Resp. i. Scriptura s[ecundu]s s[ecundu]s videtur absolute loqui, cum tamen De dicto in certo ordine & respectu velit intelligi. Sic i. Tim. 2. v. 14. dicitur: Adam non est seductus; at mulier est seducta. Ubi sensus nequaquam est, quod Adam in peccatum non inciderit & seductus sit, sed quod non, sicut mulier, πεπτως καὶ ἀπεισως serpentis persuasioni assensum præbuerit. Pari ratione cum eodem Apostolo recte affereremus, mulierem non esse conditam ad Dei Imaginem, scil. eo ordine & modo quo Adam ex terra per inspirationem in nares spiraculi vitæ, quoniam Heva ex costa Adami demum producta legitur, indè verò ineptè quis colligit, Hevam ad Imaginem Dei prorsus non esse formatam.

H. 2

z. Imago

Imago Dei
dicitur a φ
ines agos iv.

2. *Imago Dei* est *vītō aφ iōs mēdē*, & de suis partibus, in quibus consistit, diversimodè prædicatur. *Kuēas* namque & principaliter significat animæ rationalis omniumq; humana- rum virium perfectam cum Deo conformitatem, verâ sapientiâ, justitiâ & sanctitate ad felicitatem perpetuam determinata; *diuīēas* autem & minus principaliter externum dominium in alias res creatas notat, prout supra fuit explicatum. Quando itaq; Apostolus statuit virum esse *Imaginem & gloriām Dei*, mulierem autem *gloriām viri*, non negat simplicitet & ratione principalis partis, mulierem quoq; collatam cum cæteris creaturis *Imaginem Dei* esse, sed duntaxat secundariam acceptancem ratione dominii attendit, quo sanè respectu vir magnam habet præminentiam & dignitatem in ordine & Politico & Ecclesiastico supra uxorem, solusque est *Imago Dei*, quia solus supremæ gubernationi cùm brutorū tūm mulieris præesse aptus creatus est, ideo alicubi mulier *virāēas* ab Apostolo appellatur, *Rom. 7. v. 2.* Confer dicta *Genes. 3. v. 16.* *1. Cor. 14. v. 34. 1. Tim. 2. v. 11.* Huc spectat Augustini problemalib. 12. de Trinitat. cap. 7: *Si vir & mulier accipiantur, quā mente & ratione prædicti sunt, ambobus convenit ut sint Imago Dei: Sed mulier collata viro quoad actiones & negotia hujusvitæ, non est Imago Dei, quia in adjutorium viri creata est.* Proinde nunc nos iterum ad hæreticorum *κυρεῖας* dicimus, à negatione dominii in muliere maritalis, ad negationem justitiae Originatis nullam esse consequentiam. Vide etiam Refutationem Catechismi Racov. nuper à Witebergensibus Theologis adornatam pag. 39. 3. Istam verò quam indicavimus & non aliam Pauli esse mentem perspicuum est, tūm ex antecedentib. ejusdem dicti, ubi virum mulieris caput vocat, sicut Christus est caput viri vers. 3. quod secundūm Scholasticos fit quatuor modis. 1. *perfectionis efficientiâ.* 2. *eminentiâ.* 3. *influentiâ.* 4. *naturæ convenientiâ;* tūm ex consequentibus, quando virum *non ex muliere, sed mulierem ex viro* tanquam principio, item virum *non propter mulierem, sed mulierem proter virum* tanquam medium ad finem *& iōs* creatam esse docet. Atqui principium solet esse nobilius principiato, & finis *& iōs* præstantior medio ad finem. Quia ergo apertum & liberum caput signum erat

erat dignitatis, inde hanc generalem regulam extruit Apostolus, *Virum inter orandum non debere caput tegere, ni velit statum atq; ortum suum ignominia afficer*.

XC. Præter Apostoli dictum opponitur nobis in hoc 1. *Objectio.* negotio *Heva ignorantia in Paradiso, quâ Diabolum ex serpente loqui non cognoscebat.* At ubi ^{W. S. C.} *ung*, non est perfecta rerum cognitione, ibi exultat etiam sapientia, atq; sic Dei imago in eâ consistens. Resp. 1. Omnis quæstio non per illud quod queritur, habet resolutionem, nec ambiguitas per aliam ambiguitatem solvit apud eos, qui sensum habent, sed ea, quæ talia sunt, ex manifestis, & consonantibus, & claris accipiunt solutionem, ait rectè Irenæus libr. 2. *advers. heres. cap. 10.* Quamobrem quia ex Scripturis demonstrari nequit, Hevam planè ignorasse sermonem naturalem serpenti quâ tali non convenire, ejus scientia inde negari haud debet. 2. Quod Heva assenserit serpentis persuasiōni, non arguit ejus ignorantiam & Imaginis divinæ carentiam, aliàs neq; Adam in innocentiae statu sapiens fuisset, cum ipse quoq; serpentis loquela approbaverit. 3. *A particulari ad universale.* Item à negatione actus secundi ad negationem actus primi, non procedit argumentatio. Proin licet mulier quædam ignoraverit, & non omnimodā rerum Physicarum scientiam, inq; pari gradu cum Adamo (cujus itidem scientia non erat infinita, neque enim Deus hominem creavit omniscium, ut imprudenter loquitur Rodolphus Gualth. hom. 3. sup. *Evang. D. Oculi*; sed erat definita, quæ progressu temporis per observationem in naturalibus, & novam revelationem in supernaturalibus proficere poterat, quemadmodum Gregorius de *Valentia* & Pererius ex *Thoma* ostendunt, quamvis interim Adam cunctis suis posteris, uno excepto Christo qui est *γένεσις*, in quo omnes thesauri sapientiae & scientie sunt reconditi *Col. 2. vers. 3.* fuerat sapientior) habuerit, nondum tamen sequitur omni sapientiâ adeoque Imagine divinâ eam destitutam fuisse. 4. Distinguendum inter Ignorantiam simplicem seu puræ *Ignorantia negationis*, & cum errore conjunctam seu præ*dispositionis*. Prior, quam Scholastici *Aggerit*; *Nescientiam* dixerunt, in *Heva* & *Adamo* integris locum habere, cumq; vera sapientia consistere potuit; posterior autem, quam *Privativam ignoran-* 1. post. *A-*

*Adamis sci-
entia erat
definita.*

*duplex, scilicet
dicitur quod est
natura & ratio
aristot.*

tiam appellant, non item. Manet ergo evidenter evictum,
tam fœminam quam masculum ad Dei Imaginem creatos es-
se, ut in contrarium adhuc nitentes apprimè quadret illa Man-
tuani exclamatio :

lib. 12. Fa-
stor.

O miseris, nonnē hæc deliramenta videris?
Cur igitur tam ridiculis popularia corda...
Obscurare opus est gerris?

CAPUT VIII.

An Imago Dei seu Originalis justitia sit ipsa ho-
minis substantia?

XCI. Circa hanc quæstionem Pontificii & Flaciani, qui suo magistro longè crudiores & absurdiores, ex uno eodemq; quasi fonte in contrarias pugnantesq; sententias abeunt. Utriq; n. Imaginem Dei (quam nos potissimum in Originali justitia consistere supra ostendimus) ad ipsam hominis essentiam seu substantiam pertinere contendunt, quantumvis fine diversissimo. *Pontificii*, ut illam Dei Imag. post lapsum remansisse, & Originis peccatum nil nisi externę cujusdam vestis amissionem esse, adeoq; hominem *in puris naturalibus* (ut loquuntur) adhuc liberum arbitrium integrum & incorruptum retinuisse obtineant. *Flaciani* contra, ut Dei Imag. post lapsum penitus expunctam & abolitam esse, succedente isti aliâ substantiali imagine, sc. peccato Originis, inde deducant. Etenim cum primò *Flacius* ipse in *Disputatione solenni coram Illustrissimis & Celsiss. Saxoniæ Ducibus Anno 1560.* habitâ *adversus jus origo.* *Victorinum Strigelium de libero arbitrio in rebus divinis* ad hoc ~~magisterio~~ publicè esset prolapsus, *Peccatum ipsissimam hominis esse substantiam, & verò negare non posset, Peccatum Imagini Dei successisse, cœpit idem assertum illud suum (quemadmodum error errorem trudit) alio quodam erroneo dogmate palliare statuendo, ipsam quoq; Dei imaginem fuisse hominis substantiam.* Quocirca part. 2. clavis Script. tractat. 6. p. 639. scribit: *Hanc formam substancialē dico non tantū de periisse homini, sed etiam prorsus in contrariam esse inversam, ita ut cum ante a homo, præsertim quod attinet ad animam rationalem, esset viventis*

Flaciani-
smus & e-
jus origo.

viventis Dei viva Imago, nunc sit sua essentia in eadem summa
ac nobilissima parte, vera imago Satanae. Et pag. 640: Illa no-
bilissima forma substantialis, in quam homo initio fuit exædifica-
tus, & qua fuit propriissimè conformis Imago D'E I, est tota inver-
sa in fædissimam statuam aut larvam Cacodemonis infernalis.
Similes sententiæ reperiuntur in libr. ejus πτιγαφη, Defensio
sanæ doctrinæ Anno 70. Basil. excus. pag. 48. & 95. & alibi in
scriptis Flacii passim.

XCII. Quia igitur tot absurdissima emblemata ex uni-
co isto principio, de substantiali *Imagini Dei in Adamo*, à Papæ
& Flacii conjuratis nectantur, nos ipsum fundamentum, prout
supra c. i. contra illos, sic hac vice ex professo cōtra hos machi-
nā veritatis cœlestis, quæ est q. malleus conterens petras, Jer. 23.
v. 29. evertēmus, quo expedito, totam structuram eorundem, *Argumenta:*
corruere oportebit. *contra Flaciiorum* Argumenta verò nostra erunt ista: *contra Flaciiorum*
Primum. Si Imago Dei in homine est ipsa hominis substan-
tia aut essentia, sequitur Protoplastos, in quibus ista Imago *dogma:*
perfectè fuit, substantialiter justos, sanctos & bonos fuisse, *1. à solius*
siquidem Apostolus Dei imaginem per justitiam & veram *Dei essen-*
sanctitatem definit Eph. 4. v. 24. Atqui posterius est absurdum *tiali justi-*
& dictu blasphemum, cum nullus sit essentialiter bonus, nullus tate,
sapiens, nullus immortalitatem habens nisi solus Deus, Matth. 19.
v. 17. Marc. 10. v. 18. i. Tim. i. v. 17. cap. 6. v. 16. qui est Jehovah
justitia nostra, Jerem. 23. v. 6. Ergò nec prius dicendum erit.

XCIII. Secundum argumentum. Quodcunq; foli Filio 2. à solius
Dei competit, illud Adamo non est ascribendum. Atqui esse Christicum
èpoxio, & substantialem Dei imaginem sōli Filio Dei compe-
tit, Col. 1. v. 15. Heb 1. v. 3. Conjunge Athanasium dial. 1. de Trinit.
Basilium serm. 1. de Trinitat. Nazianzenum orat. 1. de Filio Dei.
E. id Adamo non est ascribendum, & per conseq. fuit is Imago
Dei non ~~substantia~~ & exæquationis, sed ~~humana~~ & assimilationis.

XCIV. Tertium argumentum. Quicquid post lapsum ve-
rè superstes mansit, illud non erat Dei Imago, cum hęc totaliter
per lapsum sit deperdita, ut infra c. ult. demonstrabitur. Atqui psum res
substantia hominis post lapsum verè superstes mansit. Ni for-
san credendum nobis tum ex homine factum fuisse nō homi-
nem, alium in persona fuisse felicem, alium miserum, ad quem

prima

prima beatitudo non pertinuit, alium peccasse, alium pœnam luisse. Immò sic in uno Genes. c. 3. tres haberemus substantiā distinctos Adamos in futura vita resuscitandos, primum integrum à cap. initio usq; ad vers. 6. alterum corruptum usq; ad 15. vers. tertium ad Evangelii promulgationem sincerâ fide regeneratum, usq; ad cap. finem. Quæ omnia quia longè stolidissima sunt, & à divinæ historiæ certitudine dis 2. & m. distant, relinquuntur Dei imaginem non fuisse homini substantialem.

4. à Justitia & peccati Originalis contumeliate.

XCV. Quartum argumentum. Contraria sunt sub eodem genere. Atqui Originale peccatum & Originalis justitia seu Imago Dei sunt contraria ac invicem pugnant. Ergò Originale peccatum & Imago Dei sunt sub eodem genere. Ulterius: Originale peccatum non est substantia, ut Manichæi olim delirarunt, sed accidens. Habet enim Diabolum autorem, cui substantiæ creatio convenire haud potest, quicquid etiam contra D. Mörlinum Sambiensem quondam in Borussia Episcopum dignissimum hīc sibi satis non constans *Illyricus* rhetoricitur in defens. san. doctr. pag. 83. & seqq. Itemq; Flacianismi propugnator *Johan. Fraxineus*, quem nervosè & solidè refutavit *Praeclarus* & Eximus Theologus *Dn. D. Mentzerus* Preceptor noster summo observantiæ cultu prosequendus tom. 3. *Marpurg. diss. 9.* Ergò neq; Originalis justitia seu Imago Dei substantia erit, sed accidens.

5. à Substantialium ante & post Lapsum idētitate.

XCVI. Quintum argumentum. Si Imago Dei & Originalis justitia est substantia, erit vel corpus humanum, vel rationalis anima, vel plenum compositum, hoc est, totus homo. Sed nihil istorum fuit. Non corpus humanum, quippe in quo Imago Dei saltem *ποιητας* collocatur, nisi Anthropomorphitarum hæresin ratam habere, Deum corporeum assertere, & insuper corpus hominis per lapsum amissum esse statuere velimus, quæ *absurdissima cordisphantasmata submovenda fideliter* monet *Basilius homil. 10. Hexaëm. ex Job. 4. v. 24. Luc. 24. v. 39.* Non rationalis anima seu forma, siquidem Imago Dei per lapsum Adæ corrupta & destructa periit, at anima nostra est spiritus *qui est*, non habens partem extra partem adeoque incorruptibilis. Præterea sic nostra nunc anima non esset ejusdem

cjusdem substantiæ cùm anima Adami, neque Christus animam nostræ consubstantialem assumisset, neque nos redemisset, & dico! Non fuit totum compositum, propter rationes ante allatas, quibus adde, quod homines impii toti quoad animam & corpus in inferno sint cruciandi. Si jam Dei Imago nihil aliud est quam ipse homo, consequens erit illam quoque in inferno perpetuos cruciatus sensuram, quod iterum auditu horrendum. Quapropter cum plures substantiales rationes seu formæ unius hominis assignari nequeant, necessum est Imaginem Dei accidentalem formam fuisse, hoc est, qualitatem, quamvis homini naturalem.

XCVII. Sextum argumentum: Quicquid aliunde in mente humana acceditur, & per renovationem demum in homine inchoatur, id nō est de animæ rationalis vel totius hominis essentia seu substantia. Nam essentia seu substantialia requiruntur ad rem constituendam, non supercedunt rei constitutæ, & homines quoad substantiam perfecti redduntur in generatione, non in regeneratione seu renovatione. Atqui Imago Dei aliunde in mente humana acceditur, & per renovationem demum in homine inchoatur, Ephes. 4. v. 23, 24. Col. 3. v. 10. Ergò Imago Dei non est de animæ rationalis, multo minus totius hominis essentia seu substantia.

XCVIII. Septimum argumentum: Gloria, lux & splendor Dei in homine resplendens non est substantia, sed accidens, alias homo substantialiter fuisse Dei ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ γένος εκπέμπει τῆς ψυχῆς αὐτῆς, quod soli Christo tribuitur Hebr. 1. v. 3. non diffidente ipso Flacio part. i. clav. script. p. 407. Jam vero paritate. Imago Dei & Originalis justitia, ad quam reformamur per fidem in Christum vi Spiritus sancti, est gloria, lux &c. quemadmodum videre est 2. Cor. 3. v. ult. Ephes. 5. v. 8. Psal. 43. v. 3. Dan. 12. v. 3. Mich. 7. v. 8. Zach. 14. v. 7. cuius renovationis & resumptionis divinæ Imaginis typum gessit Moses, quando ex colloquio cum Deo ad Israëlitas revertebatur facie illustratâ & splendente ex Dei gloria, qui certè splendor non substantia fuit, sed accidens. Ergò etiam Imago Dei & Originalis justitia non substantia erit, sed accidens.

6. Ab Imaginæ Dei in homine ex tra essentia mutatio nem nobis tate.

7. à gloria & splendo-
ris cum I-
mag Dei
paritate.

*Flacit obiec-
tiones di-
luntur.*

*1. Obiectio
Flacii.*

Responsio.

XCIX. Atque de argumentis ~~κατασκευασμοῖς~~ hactenus. Ut verò in præsenti quæstione mens nostra reddatur ~~απιστίᾳ~~, non incongruum erit præcipuas rationes ~~ἀπασχωσίας~~, quibus pro confirmatione suæ opinionis usus est Flacius, ante oculos ponere, & solutionum fundamenta indigitare. Primò Scriptura dicit ipsum hominem essentialiter sic esse formatum, ut recta voluntas esset *Imago Dei*, non tantum ejus accidens: ipsam etiam esse sic creatam, non tantum ejus accidentia, alioqui dixisset hominem, postquam creatus fuit, talibus externis accidentibus veluti ornamentiis quibusdam ornatum esse. Quo argumento obtundere conatur Flacius suum Antagonistam Strigelium *in disp. Vinar.* p. 52. Vide etiam *Clav. script. part. 2. p. 590. 638. 646.* Item consensum triplic. lit. B. R. i. Scriptura non dicit Deum fecisse hominem *Imaginem*, suam sed **בצלאל** IN IMAGINE sive AD IMAGINEM suam, qua phrasi apertè innuitur discrimen inter Imaginem ad quam homo est conditus, & hominem ipsum. Proin *Imago Dei* non pro ipsa hominis essentia in scripturis accipitur, neq; inter essentiæ partes, sed adjuncta refertur. 2. Distingv. inter Subjectum denominationis, & Naturam denominantem. Denominationis subjectum Imaginis Dei fuit humana voluntas seu potius totus homo, ratio denominans verò seu *Imago* ipsa fuit concreatum naturale accidens. 3. Imaginem Dei externum tantum accidens & ornamentum cum Synergistis & Sophistis (sic Lutherus noster Scholasticos appellat) non dicimus, sed facimus illam *totius naturæ humanae concretam perfectionem*, quæ ad intrinsecam ejus integratem potissimum pertinuit, & cujus ablatio horribiliter naturam depravavit, iræq; Dei ac æternæ damnationis ream constituit, remanente interim ipsa hominis substantiâ. Quemadmodum enim V. g. si linea recta tota reddatur curva, verè quispiam affirmaverit, totam lineam à naturali rectitudine, quam habebat, esse corruptam, quamvis interim de essentia lineæ nihil decesserit. 4. In argumentis itaq; Flacii istud perpetuum est vitium, quod tanquam *μύρων κατηγορία* hæc duo sumat: *Imago Dei* aut extrinsecum aliquid accidens, aut ipsa hominis substantia. Cum tamen detur tertium videlicet *humanae naturæ concreta perfeccio, rectitudo & integritas*.

C. Per-

C. Pergit in sua Disputatione Flacius his verbis : *Colof. 3. 2. Objec-*
clarè dicitur , Mente m , id est , essentiam esse renovandam . Non Flacij ,
loquitur ibi de accidente Apostolus . Urgeo vocabulum Mens quod
ibi est . Idem objectum repetit in tract . cui titulus : *Homo corru-*
ptus in substantia , int. 10. R . i . Mens quidem in Epistola ad Eph .
4. cap . v . 23 . (non in Epist . ad Colof . ut in confliktu disputa- *De dictio-*
tionis citat , sed postmodum in altero libello corrigit Illyri- *Eph. 4. 5.*
cus) jubetur renovari , at secundum Spiritum . Mente ergò fa- *23, § 24*
cit Apostolus renovationis non materiam , sed subiectum in
quo ea perficiatur . 2. Statim Apostolus subseq . vers . 24 . expli-
cat , quid per renovationem intelligi velit , nimirum non hu-
manæ substantiæ immutationem , sed novarum qualitatum
Imaginis Dei instauracionem , quarum duas exprimit justitiam
& sanctitatem seu pietatem veram . 3. Idem Apostolus discri-
men facit inter cum qui induit , & qui induitur , inter cum qui
creatus est , & inter justitiam in qua creatus est . Quare cum a-
nima hominis principaliter sit , quæ exuto veteri induit novum
hominem , docet simul animam ratione suæ substantiæ can-
dem semper consistere , sicut qui unum vestimentum deponit
& alterum induit , substantiam cum veteri vestimento non ab-
jicit . 4. Et hoc est quod Megalander Lutherus magna industria
inculcat in *Comm. super Genes. cap. 4. § 25.* discernendam esse de- *Lutherus*
formitatem à creatura , & spirituales homines debere distinguere *falso Fla-*
inter peccatum Originale & ipsam creaturam . Et cap . 3 : *Manet , cianismi ins-*
inquit , *Natura , sed multis modis corrupta . Manent in naturamem-*
bra eadem , sed quæ ante à nuda cum gloria conspiciebantur , nunc
tanquam turpia & inhonesta velantur . Et paucis interjectis :
Sicut natura & essentia oculi est videre , ita natura rationis & vo-
luntatis in Adamo fuit nosse Deum , confidere Deo , timere Deum .
Quæ sententiæ , & aliæ magno numero à D . Jacobo Andreæ in
colloquio Lindaviensi An . 1575 . ex scriptis Lutheri productæ p . 195 .
& seqq . probè observandæ sunt tum contra calumniam Bellarm .
capite sequenti detegendam , tum contra Flacianos , Rupium ,
Schefflerū , Ireneū , Fraxineū &c . qui alias se etiam autoritate Lu-
theri tueri volunt producendo loca , ubi Imaginē Dei de essētia

I 2 homi

hominis fuisse astruat. Sumit namque ibi Lutherus essentiæ vocabulum *εν τῷ ὄντι*, non ut est in prædicamento substantiæ, sed Qualitatis, ac significat naturalem substantiæ conditio-nem.

3. Obje^ctio
Flacy.

C I. Præter duo ista recitata argumenta Flacius in Vina-riensi disput. nullum amplius urget, sed *in claviscript. part. 2.* pag. 647. Item 655. & 659. hoc tertium ingeminat: *Quod Satan in homine corruptus, fuit substantia. Imaginem Dei Satan in homine corruptus ex Imagine Dei efficiens Imaginem Diaboli. Ergo. R. I.* Si Satan corruptus in homine Dei imaginem, consequens erit, aliud esse ipsum hominem seu humanam substantiam, aliud imaginem in substantia. Prius afferit Flacius, quare nec po-sterius negare debet. 2. Humana substantia à Satana per lapsum Adæ est corrupta, non ratione sui, verùm ratione accidenta-lis perfectionis & integritatis, quæ amissa est, remanente in-terim ipsa hominis eti vitiis conspurcata substantia. 3. Quan-docunque *μνησις* orthodoxi Theologi in hoc negotio usur-pant *Corruptionis* vocabulum, (In quo Flacius magnum præ-sidium suæ causæ querit pag. 647.) significare volunt eodem non humanam substantiam seu ipsum τὸ άνθρώπου hominis in se an-nihilatum & totaliter destructum, sed duntaxat naturalem hominis conditionem & accidentariam in naturalibus perfe-ctionem penitus deperditam esse. Vid. *Colloq. Argent.* p. 35.

4. Obje^ctio
Flacy.

C II. Objicit ulterius in suis *Demonstrationibus* pag. 21: *Natu-ra recta integræ hominis est substantia. Imago Dei seu justitia Originalis est idem quod natura recta integræ.* Ergo *imago Dei justitia integræ Originalis est substantia.* R. I. Syllogismus est qua-tuor terminorum & æquivocationis fallacia laborat. Nam vocabulum *Naturæ* in propositione notat principium *εντελεχείας* substantiam hominis constituens, in assumpto quoddam *ενός μηνός* & cum essentia hominis cohærens, alioqui assumptum esset falsum, sicuti nec simpliciter verum est, quod in *Defens. san. doctr.* pag. 44. contendit Flacius, *idem esse naturam rei & ejus substantiam*, cū ista longè latius pateat quam hæc, quod suo loco fusè declarari solet. 2. Committitur in argumento *τέττας επειγόντων* & commiscuntur quæstiones diversæ, An-nempe

nempe *Imago Dei* sit substantia, Et, an *Imago Dei* sit integritas substantiae. Posteriorem nos asserimus, priorem negamus. Adhac 3. confunduntur distinctissima concretum & abstractum, rectum & rectitudo. *Imago Dei* sanè non fuit ~~uxeris~~ & sine tropo loquendo natura recta & integra, sed rectitudo & integritas in natura, adeoque qualitas, quæ citra subjecti seu animæ rationalis destructionem adesse & abesse potuit. Non secus ac linea est subjectum capax rectitudinis & curvitatis, indeque ipsa vel recta vel curva dicitur, nemo tamen mentis compos propterea rectitudinem faciet ipsam lineam rectam, aut curvitatem, lineam curvam; Ita etiam homo est substantia seu subjectum capax cum justitiæ Originalis tunc in justitiæ, indeque denominatur justus vel injustus, interim justitia vel in justitia non est ipsa substantia sive homo nominandus.

CIII. In libro de *essentia Imaginis Dei* pag. 33. edit. Basil. novum se prodit Flacii objectum: *Quicquid dat homini integrum ipsum esse, illud est forma adeo substantia.* *Imago Dei* & *Originalis justitia* dat homini certum esse. Verissime ergo *Imago Dei* & *Originalis justitia* est forma hominis ac substantia. R. I. Major est limitanda: *Quicquid dat homini integrum esse absolutum, illud est forma & substantia*, quo pacto minor evadit falsa. Nam *Imago Dei* dat homini esse non absolutum & substantiale, qua homo est, sed (quemadmodum Flacius quoque dissimilare non potuit particulam medii termini *IPSILM*, in assumpto astutè pervertendo in *CERTUM*) modificatum & accidentale, quâ est homo rectus seu justus, quandoquidem *Imago in se esse habet non existentiæ, sed inexistentiæ*, ut scitè ait Stephanus Brulefer, iccirco etiam in alio quopiam nequit esse absolute quidditatis & existentiæ causa. 2. *Forma bifariam accipitur*, vel pro altera parte substantialis compositi, quam ob causam *Forma* partis alias vocatur; vel pro quocunque reali accidente, unde *Forma* accidentalis dicitur. Priori ratione *Imaginem Dei formam esse supra expugnavimus*, posteriori adhuc concedimus, sicque *Imago Dei* non ad substantiæ, sed Qualitatis Categoriam erit referenda. V. g. *Doctrina dici potest forma hominis docti, sed non est ejus substantia.* 3. *Quod*

I 3. vero

5. *Objec-*
Flacij.

Esse aliud
absolutum,
aliud mos
dificatum.

Formæ
omnipotens.

*Homo unus
idemq; est
Physicæ &
Theologicæ
considera-
tionis.*

verò Flaciani h̄c distinguunt inter hominem *Theologicum* & *Physicum*, tanquam à se invicem essentiâ diversos, (sicut vide-
re est ex colloquio Argentoratensi pag. 4. & seqq. Item ex libro
Jacobi Andreæ, cuius inscriptio, *Gegenbericht von der Erb-
sündē* pag. 96.) illud merum commentum est Sacræ scripturæ
prosul ignotum. Immotæ namque veritatis est istud tritum :
Modus cuiusdam rei considerandi diversus, non diversificat ipsam
rem. Unicus itaque duntaxat homo est, qui consideratur & in
Physica secundum essentiam, essentialesque partes & affectio-
nes, & in Theologia non aliis, licet alio h̄c consideretus mo-
do, nempè quatenus is in Adamo ad Imaginem Dei perfectus
creatus erat, & quatenus hodie illâ perfectione amissâ in pec-
catis concipitur & nascitur τῇ φύσῃ filius iræ, & quomodo idem
numero homo ἵτηπότερος Christi λύτερος iterum à divinâ maledi-
ctione liberatus, per Spiritum sanctum mediante verbo & Sa-
cramentis convertitur, & tandem per fidem in Christum ju-
stificatur ac salvatur. Proin quando scriptura discernit inter
veterem & novum hominem, non duos specie diversos homi-
nes in mundi theatrum inducit, sed unius ejusdemque Physici
hominis duplē statum, alterum peccati, alterum sancti-
tatis & justitiae exprimit. Quâ de redictè & nervosè disputat
Tertullianus lib. de Resurrect. carnis.

*6. Obiectio
Flacij.*

CIV. Postremò objicit in lib. de Origin. peccat. edit Basil.
pag. 28: *Quicquid illud in homine integro fuit, quod in eo regna-
re cumq; regere, & fons, radix ac scaturigo omnis recti officij
& facti erga Deum ac proximum esse debuit, id ipsum potissimum
fuit illa *Imago Dei* & *justitia Originalis*. At qui anima ratio-
nalis illud fuit in homine integro &c. Ergo. R. I. Neutra præ-
missarum scripturæ dicto, vel evidenti aliqua ratione stabili-
tur, quapropter conclusio quoque eādem facilitate rejicitur
quâ affertur. 2. Major ut admittatur limitatione aliqua opus
habet : *Quicquid in se, & formaliter in homine integro regna-
re debet &c.* Verum sic iterum negatur assumptum. Anima
enim rationalis in homine regnare, fonsque ac radix omnis
recti officii esse debuit, non formaliter & in se, sed materiali-
ter & in Originali justitia, quæ in anima tanquam in propria
sua*

sua sede hærebat. Sed satis sit crambem repositam insufflasse, interim si libet, reliquas Flacii objectiunculas refutatas lege apud D. Wigandum in tract. de Imag. Dei, & Jacobum Andreæ in disput. Argentoratensi cum Flacio susceptâ. Tilemannum Heshusium in Anal. argum. Illyrici.

CAPUT IX.

UTRUM IMAGO DEI ET ORIGINALIS JUSTITIA IN PRIMO HOMINE FUERIT DONUM ALIQUOD NATURALE, AN SUPER-NATURALE?

CV. Ardua circa præsens quæsitum intercedit nobis controversia cum Romanensibus, qui isthinc primarium fundatum & latibulum petunt, unde suam ^{reprobationem} de Naturalibus adhuc post lapsum integris, de concupiscentiâ & morte ex ipsa Natura promanante, de Liberi arbitrii cooperatione & ad Spiritus sancti gratiam recipiendam præparatione, de merito congrui, justitiâ operum, deque aliis plurimis religiosis capitibus stabilire & palliare queant. Præterea non minus dolendum, quod Jesuitarum antesignanus Bellarminus (qui sua doctrinâ mirifice purpuram Ecclesiæ romanæ exornat, sic censente Adamo Contzen in pref. def. Bellarmin.) statum quæstionis adeò callidè hoc loco involvat, & nostram sententiam malitiosè pro sua fallaciloquentiâ depravet. Nam statim cap. i. lib. de Gratia primi hominis splendide mentitur, Lutheranos contendere nulla supernaturale dona in primo homine fuisse. Quod postmodum cap. 6. ejusdem libri repetit. Insuper cap. 5. novam de nostris Theologis spargit calumniam, quod statuant justitiam Originalem dici naturalem eo sensu, quia fuerit pars naturæ, aut fluxerit à principijs naturæ.

Bellarmino
calumnia.

CVI. Neutquam verò à nostris talia doceri, testantur publica scripta quæ in omnium versantur manibus. Scendum igitur quoad primum accusationis membrum, nos quidem omnino inficias ire primævâ justitiâ donū aliquod supernatu-

An donum
aliquod sua
per natura-
le in Adamo
& quod nam
illud?

rale

rale fuisse, ex eo tamen criminose nobis Pelagianorum hæresi affricat Bellarminus, quasi nulla alia supernaturalia dona in primo homine agnoscamus, cum contra firmiter credamus, quod (quemadmodum ad Naturalium agentium actionem non tantum requiritur principium motus sive actionis, verum necesse etiam est ut actio primi moventis accedat, quod in corporeis rebus statuitur cœlum.) Adam *in angelicis* agens naturâ id quidem possederit, ut sancte & justè operari posset, sed ut reapse operaretur Deumque supra omnia amaret, gratiæ moventis auxilio excitabatur & adjuvabatur. Erat quippe homo in innocentia statu *Dei domicilium ac templum*, quod Spiritus S. immò tota sacrosancta Trinitas gratosè inhabitat, sicut & hodiè in renatis, quando in iis instauratur *Imago Dei*, habitare dicitur, *Joh. 14. v. 23. 1. Corinth. 3. v. 16. Et cap. 6. v. 19.*

Hic autem aliqua occurrit annotanda diversitas, quandoquidem in renatis Spiritus S. adest & habitat tanquam restaurator obortam per peccatum caliginem ex mente dispellens, & egregios motus voluntati divinæ conformes excitans. At quia in Protoplascis hæc *naturalis* erat, quâ omnes inferiorum partium motus *νοήσεως* rationi *ἐνθυμίας*, ratio divinæ legi *ἀπειπάσσως* adhærebant ac parebant, Spiritus sanctus ejusmodi purgatione opus non habuit, sed solummodo concretam eorundem perfectionem lucæ gratiæ suæ illustravit & confirmavit, ut *Ἥτοι* (verba sunt *Damasceni lib. 2. de Orth. fide cap. 11.*) *Ἐργα τοῖς νοήσεως οὐκέτι ἴδοικος* vitam verè spiritualem beatamque coram Deo & sanctis Angelis continuarent. *Ista itaque SS. ἴδοικος*, inhabitatio & assistentia non erat pars neque proprietas humanæ naturæ, adeoque nec Originalis justitia & concretus habitus homini inhærens, sed erat conditio gratiæ gratum facientis (quam *Marsilius* & alii quidā ex Scholasticis Adamo ante lapsum male denegant, sicut videre est ex *Bonavent. lib. 2. sent. dist. 29. art. 2. q. 1.*) in Deo residens, sicque donum supernaturalis, cuius tamen splendor, sensus, experientia, & per effecta abundans cognitio in ipso homine animadvertebatur. Summatim: Fuit in Protoplascis antè lapsum *1. Supernaturalis Dei gratia & favor*, quo Deus illos sibi gratos & acceptos faciebat,

*Spiritus S.
aliter habi-
tat in ren-
atis, aliter in
Protoplas-
tie.*

ciebat, & præ cæteris creaturis visilibus omnibus amabat.
2. Supernaturalis Spiritus sancti fulgor, hominis animam effi-
citer irradians, ut is in concreata perfectione & integrita-
te perseverare, Deique voluntati æternum obtemperare potu-
isset, si modò voluisse. 3. Supernaturalis beatitudinis &
vitæ splendor, qui in communione cum tota SS. Trinitate, Pa-
tre, Filio & Spiritu sancto consistebat.

CVII. Quibus itaq; stantibus probare minimè possumus,
quod Calvinista Heidelbergensis Pareus in *Castig. Bell. de Grat.*
primi hom. c. 1. p. 19. edifferit, *Nihil supernaturale habuisse hominem*
in primo statu. Et quod p. 21. addit: *Supra naturam integrum nihil*
babere potuit homo, nisi angelicum, vel divinum, per quod homo
non homo fuisset, sed vel Angelus, vel Deus: quod est absurdum.
Hæc inquam, Parei placita probare non possumus, quia labefac-
tant 1. Dei omnipotentiam, quam sic decempedâ rationis
suæ metiri solent Calvini discipuli. 2. Incarnationis mysteri-
um, quoniam ibi supra naturam humanam integrum Deus ali-
quid addere potuit, eam τὸν αὐτὸν δινῆς personæ τῷ λόγῳ u-
niendo; at juxta hujus τεος ἐφῶς ἀμβλυάτοις sententiam, Chri-
stus Homo non amplius Homo, & per consequens nec Media-
tor noster dicendus esset. Blasphemum & hæreticum! 3. Re-
clamat manifestis paulo ante pro supernaturalibus donis in
Adamo adductis fundamentis.

Hallucina-
tio Parei.

CVIII. Verum misso Pareo revertimur ad Bellarminum,
à quo pari ratione alterum accusationis membrum falsò no-
stris imponi, statumq; quæstionis sophisticè ab eodem perver-
ti φημαρφαῖς elucebit, si vocabuli *Naturalis* æquivocatio ob-
servetur. Initio igitur *Natum* aliter *Physicis*, aliter *Ethicis*, ali-
ter *Theologis* significat. *Physici* per naturam in homine intel-
ligunt principium motus & quietis, *Aristotel. 2. ἡγοατ. c. 1. Ethici,*
dispositionem quandam connatam ad virtutes, quo sensu ite-
rum *Philos. 6. Ethic. c. 13.* dicit, nos per naturam possidere virtu-
tem. *Theologi* per humanam naturam denotant partim homi-
nis substantiam, partim accidētia, qualitates videlicet, affectio-
nes, operationes nativas, bonas sive malas pro diverso homi-
nis statu. Porrò quia cum unum è conjugatis est ambiguum, & al-

opinabilis
Nature &
Naturalis.

terum tale est, hinc vocabulum *Naturalis* quoq; aliquot modis sumi oportet, quod sanè fit accipiturque *Naturale*. 1. *Constitutivè* pro eo, quod ipsi naturæ dat esse. Sic naturalia homini dicuntur essentialia principia, anima videlicet rationalis & corpus humanum. 2. *Consecutivè* pro eo, quod naturam specificam necessariò consequitur, ita ut ex rei essentia seu forma essentialiter fluat, quo pacto naturalis est homini risibilitas. 3. *Subjectivè* pro eo, quod naturæ arctissimè est infixum. Sic naturale quibusdam hominibus dicitur abhorrere ab esu casei. 4. *Perfectivè* pro eo, quod naturam promovet & perfectiorem reddit. Quo sensu naturalis quibusdam dicitur εὐφυΐα seu bona temperatura & indoles, quā præ aliis ad virtutis habitum recipiendum aptiores existunt. 5. *Transitivè* pro eo, quod cum natura simul in alios propagatur. Sic nativitatis generositas, quam à parentibus nobilibus trahunt filii ingenui, dicitur iis naturalis.

Opusculum
vocabuli sus
per natura-
lis.

Iustitia pri-
mæ Pro-
toplæstis e-
rat natura-
lis, 1. Ob in-
basione, 2.
perfec-
tio-
nem, 3. pro-
pagationem

CIX. Ubi simul τὸν ταργεῖον observandum, *Supernaturale* etiam aliquid homini dici non uno, sed tribus modis, 1. pro eo quod natura hominis nulla ratione agit seu operatur, sed sola gratia. 2. quod natura humana in se capere haud potest, atque sic supra naturæ conditionem est. 3. quod naturali ratione non propagatur, sed modo divino supra naturæ ordinem communicatur.

CX. Jam quando Dei Imago seu Originalis iustitia à nobis quippiam *Supernaturale* in Protoplæstis fuisse negatur, *Naturæ* verò afferitur, tum quidem *Supernaturale* in quavis significatione acceptum intelligimus, *Naturale* verò accipimus non in sensu primo vel secundo, quemadmodum impudenter nobis affingit os Cretense, sed in sensu tertio, quarto & quinto. Quamvis enim ista iustitia non fuerit humanæ naturæ pars aut constitutivum principium, neque animæ rationalis essentialis facultas, non tamen statim *Supernaturale* donum est nuncupanda, quia supra naturæ principia & dotes primo homini non adfuit, nec extrinsecus adhæsit. Econtrariò quia dicta Dei Imago seu Originalis iustitia i. naturæ humanæ constitutæ ante divinam execrationem penitissimè & per se, ut naturalis ali-

qua

qua proprietas, ex creatione infixa erat. 2. naturam excellenter exornabat, & accidentaliter perfectione intrinsecè complebat ac illustrabat, & quia 3. per traducem & naturalem generationem ipsa quoque naturaliter fuisset traducta & derivata in posteros, si Adam in prima integritate persistisset, ideo rectissimè eadem donum naturale seu connaturale à nobis statuitur.

CONFIRMATIO ORTHODOXÆ SENTENTIÆ.

CXI. Quæ ipsa sententia nostra multiplici partim sacræ scripturæ, partim rationis fidei analogæ, partim probatæ autoritatis humanæ præsidio munitur. (α) Omne concreatum est naturale. Atqui Imago Dei seu Originalis justitia est quoddam homini concreatum. Ergò Imago Dei seu Originalis justitia est homini naturalis. Minor διαγένεση patet ex c. i. Gen. v. 27. Major inductione omnium creaturarum liquet. Quicquid enim concreatum est cœlo, astris, elementis, piscibus, avibus, animantibusq; universis & singulis, id non ceu extrinsecum & adventitium, sed naturale illis ab Autore naturæ inditum esse nemo mentis compos dubitat, multò minus negat. Qui igitur de natura hominis ex prima creatione aliter judicabimus, & concretam ei rectitudinem non dicemus naturalem?

CXII. (β) In quocunque omnis accidentalis humanæ naturæ perfectio consistit, istud homini est naturale. Ratio desumitur ex Gen. i. v. 31. ubi Moses testatur, *omnia et aquæ Deus fecerat fuisse מְאַרְטּוֹב valde bona*, videlicet in se & suâ naturâ, non morbida quædam & langvida. Atqui in Imagine Dei omnis accidentalis humanæ naturæ perfectio consistit. Quemadmodum n. eodem Gen. i. c. reliqua animalia dicuntur esse creata secundum genus suum, ita homo creatus ibidem dicitur ad Imaginem Dei. Jam verò animalium natura minimè fuisset integra & perfecta, si abfuisset illa cum genere suo conformitas; quo circa ipse homo quoque perfectus & integer dicendus non esset, si nativâ cum Deo conformitate seu Imagine Dei per naturam caruisset.

Probatur
Orthodoxa
assertio.
1. Argu-
mentum à
divina Ima-
ginis con-
creations.

2. Argu-
mentum ab
humane
naturæ in
Imag. Dei
perfectione.

3. Argu-
mentum à
Rectitudi-
nis genere
et perpetua
inbasione.

4. Argu-
mentum à
divina legis
naturali co-
gnitione.

5. Argu-
mentum à
peccati Or-
iginis contra-
ria opposi-
tione.

6. Argu-
mentum à

CXIII. (7) Quodcumque jam inde à creationis primordio Adamo secundum naturam actu inerat, illud non demum post creationem personæ tanquam donum supernaturale est superadditum, adeoque naturale non personale fuit. Atqui rectitudo seu Originalis justitia jam inde à creationis primordio secundum naturam actu inerat Adamo. Dicit enim Ecclesiastes, quod *Deus FECIT hominem RECTUM cap. 7. v. 30*, non quod prius factum, postea ejusmodi qualitate ornavit. Ergò rectitudo seu Originalis justitia naturale, non supernaturale seu personale donum fuit.

CXIV. (8) Si reliquiae Imaginis Dei, nempe aliqualis legis divinae notitia, hominum cordibus adhuc hodiè per naturam sive naturaliter extant inscriptæ, utique perfecta & integra divinae legis notitia, atque sic Originalis justitia primo homini ante lapsum naturalis erat. Etenim particulae homogeneæ ejusdem sunt naturæ & conditionis cum toto. Jam verò prius est manifestum ex *Roman. 2. v. 14*, ubi dicit Apostolus, *Gentes quod natura quæ legis sunt facere*. Et vers. 15: *Ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, contestante ipsorum conscientia*. Quod legis opus & conscientiæ testimonium in Ethniciis non supernaturale, sed naturale donum est, ni statuere velimus Ethniciis etiam ante regenerationem dona Spiritus sancti supernaturalia conferri, quod *ἀρέσκειν*. Ergo & posterius planum totaque Imago Dei donum aliquod naturale erit.

CXV. (9) Contrariorum eadem est ratio, ait *Philosophus 6. Topic. cap. 9. §. 4.* Atqui primæva Justitia & Originis peccatum sunt contraria. Ergo genere non differunt, sed eadem ratione participant. Ulterius, peccatum Originis est naturalis qualitas humanæ naturæ intimè inhærens, non *τύπος τιμών*, unde *Natura filij iræ dicimur Ephes. 2. v. 3, habentes naturam Sapient. 12. v. 10.* & ab ipsa conceptione seu nativitate penitissimè infixam *Genes. 8. v. 21. Psal. 51. v. 7.* Ergò quoque Originalis justitia ante lapsum primo homini naturalis fuit.

CXVI. (s) Quicquid ex nativitate hæreditarium esse, &

cum

cum carne ac sanguine in singulos homines propagari debuit, illud naturale non supernaturale donum fuisse necessum est. Siquidem supernaturale gratiae donum per carnalem generationem in alios propagari, non minus absurdum est, quam equi pullos nasci cum fræno, quandoquidem & ipsi Adversarii primigeniam justitiam fræno comparant, quo vagi & effræni carnis impetus in rationis gyrum cogantur. Atqui Imago Dei & Originalis justitia, si homo persistisset in integratis statu, ex nativitate hæreditarium quid esse, & cum carne ac sanguine in singulos propagari debuit, ut supra cap. 4. probatum dedimus. Ergò.

naturali
Imag. Dei
propaga-
tione.

C XVII. (§) Sicut se habebit Imago Dei in statu gloriæ, ita quoque se olim habuit in statu innocentia. Nam glorificationis & integratatis status sibi invicem certa ratione correspondent. Atqui in statu gloriæ non erit Imago Dei quidam externum & superadditum, sed interior & ~~quam~~ corporis glorificati qualitas. Quemadmodum enim animalitas in statu miseriæ naturale accidens est, sic quoque in statu gloriæ erit spiritualitas, juxta illud Apostoli 1. Corinth. 15. vers. 42. & seqq: Seminatur nunc in corruptione, resurget in incorruptione, seminatur in ignominia, excitabitur in gloria, seminatur corpus ~~duxi~~ animale, resurget corpus ~~trumpati~~ spirituale. Ergò Imago Dei fuit interior & naturalis corporis qualitas.

7. Argu-
mentum à
glorifican-
dorum con-
ditione.

C XVIII. (〃) Si justitia Originalis supernaturalis fuisse, sequeretur concupiscentiam carnis etiam in integratatis statu fuisse naturalem futuram. Sed posterius est absurdum. Sic namque illa concupiscentia ortum traxisset à Deo, cui effato Scriptura expressè reclamat 1. Johan. 2. v. 16. Roman. 7. v. 15. & Augustinus lib. 6. cont. Petilian. & passim alibi probat concupiscentiam esse malam ac naturæ contrariam. Ergò & prius assertum non est.

8. Argu-
mentum ab
absurdi con-
secutione.

C XIX. Bellarminus astutè prætermisso superioribus argumentis nostris omnibus ex Scriptura petit, in quibus præcipuum robur ponimus, hoc octavum, & nonnulla alia insequentia à Patrum autoritate in primis formata argumenta aggreditur, ea que eludere conatur lib. de grat. primi hominis cap. 7.

Exceptio
Bellarmini.

Sed videamus quid præstet : *Concupiscentia carnis*, inquit ille, nunc quidem pœna peccati est, tamen homini condito in puris naturalibus fuisset sine dubio naturalis, non quidem ut bonum aliquod naturæ, sed ut defectus & morbus quidam naturæ ex conditione materiæ consequens. R. 1. Hæc nugatio tanti momenti est apud Romanenses, ut quando hodiè superbiæ, invidiæ & libidinum stimulis urgentur, non naturæ suæ corruptionem agnoscant, verum pravas istas cupiditates materiæ conditioni transcribant, quibus ne Adamum quidem in innocentiae statu caruisse fabulantur. At quid est Deum bonitatis fontem omnis peccati autorem facere, si hoc non est ? Etenim si concupiscentia est naturæ defectus ex conditione materiæ ortum trahens, utique Deus, qui materiam, materiæ conditionem, & omnes corporis vires homini concessit, defectus illius Author erit, adeoque peccati, quia concupiscentia verè est à voluntate & peccatum contra præceptum : *Non concupisces.* 2. Si carnis concupiscentia seu inclinatio ad vitia est naturæ seu materiæ humanæ perpetuum consequens, dicendum erit (α) illam quoque Christo, utpote qui humanam naturam plenè cum omnibus suis naturalibus affectionibus assumpsit, adhæsisse, (β) eandem in statu gloriæ futuram, quippe in quo materia ratione essentiæ cum omnibus suis facultatibus necessariis permanebit. Quod utrumque absconum. 3. Si brutorum natura à Deo sine defectu & morbo condita fuit, multò magis excellentissima hominis natura sine defectu & morbo extitisset. 4. Bellarminus ipse sibi repugnat. Nam concupiscentiam ex conditione materiæ sequi, & nihilominus eam naturæ contrariam statuit. Contra argumentor : Quod cunque alicui est contrarium, id ex ejus conditione non oritur. Atqui concupiscentia est naturæ humanæ contraria. Ergo concupiscentia ex materiæ vel naturæ humanæ conditione non oritur. Quod Bellarminus disertis verbis ibidem fatetur propos. 1 : *Homo non fuit creatus, qualis nunc nascitur (seu ex natura sua) pronus ad malum, infirmus, ignorans, sed rectus, justus, sapiens, SINE CONCUPISCENTIA & difficultate.* 5. Aequè Dei omnipotentiam & sapientiam conta-

Absurda ex
hypoth. Bel-
larminia-
no.

Contradi-
ctoria.

contaminat, quod Bellarminus subdit, *Concupiscentiam illam
præter Dei intentionem in homine extitisse*, quasi nempe Deus
non potuerit ad nobilissimam hominis structuram, etiam ma-
teriam ab isto malo liberam adhibere, sed locum ibi habuisset
illud Horatianum:

— — — — — *Amphora cœpit
Institui, currente rotâ mox urceus exit.*

*Horat. in
Arte,*

6 Habet sibi Cardinalis Bellarminus contradicentem Car-
dinalem Bonaventuram, qui in *Breviloquio cap. 10. tom. 6. oper.*
clarè scribit: *Quia Deus optimus & justissimus, non debuit fa-
cere hominem nisi bonum, ac per hoc innocentem & rectum. Id-
eoque etiam animæ rationali tale corpus constituit, quod sibi esset
ita obtemperans, ut nulla esset in eo pugna rebellionis, nulla proni-
tas libidinis, nulla imminutio vigoris, nulla corruptio mortis.*
*Quam sententiam idem repetit in compend. Theolog. lib. 2. cap.
42. tom. 7. oper. Et postmodum Ægidius Romanus in tr. de Orig.
peccat. cap. 2. Item Jesuita Salmeron in comm. super Evang. tom.
6. tr. 35. p. 225.*

*Contzen
exceptio
prima pro
Bellarmino.*

CXX. Verum nil non molitur *Adamus Contzen Mo-*
guntinus Professor, ut suum Bellarminum adversus hosce acu-
leos tueatur, ideoque pag. 220. lib. de grat. prim. hom. taliter
*infat: Jam olim respondit Augustinus, concupiscentiam non es-
se peccatum, nisi quia peccato facta est, & peccatum, si vicerit,
facit, sic locutio, lingua, manus, peccatum. R. i. Petit princi-
pium Jesuwita, & id quod in questione est pro novo probandi
medio assumit. 2. Confundit concupiscentiam licitam & in ge-
nere quamvis, de qua ibi Augustinus, cum prava in specie de
qua hic nobis sermo. 3. Contradicit Apostolo, qui hanc
concupiscentiam *Roman. 7. v. 17. & 20.* aperte vocat peccatum
vers. 18. non bonum vers. 19. malum vers. 21. malum adjacens
*vers. 15. & 23. malum signitor, propter quod non perficiatur bo-
num. His adjunge loca alia *Gal. 5. v. 24. Col. 3. v. 5. 1. Joh. 2.* peccatum.
v. 16, accurratum item Reverendi & Clariss. Dn. D. Baldwi-
ni Comment. super Epist. ad Roman. part. 2. quest. 2. & seqq.**

*Concupis-
scentia pra-
sa bære est
peccatum.*

Quæ

Quæ probè itidem notanda contra Welsingium, Arminium, Corvinum, & alios apud Festum Hommum in spec. controvers. Belgic. pag. 53. & 54. citatos Remonstrantium sectæ Calvinianos, qui hac in parte Pontificiis & Pelagianis se associant. 4. Contradicit Jesuitæ Pererio, cuius lib. 5. in Genes. de 3. Exc. quæst. 4 pag. 534. hæc sunt ad locum Apostolicum verba : *Cur à rebellione carnis cupiens Paulus liberari dicit, se velle liberari à corruptione & morte corporis ? nisi quia illa rebellio SIMILIS cum corruptione & morte corporis, evenit homini PROPTER PECCATUM.* 5. Contradicit ipsi Bellarmino, qui concupiscentiam hanc *Odio non amore dignam esse* pronunciat. Jam verò Deus nihil eorum odit, quæ fecit, nec sancti aliquid odisse debent, præterquam solum peccatum.

*Contzenii
exceptio secunda.*

CXXI. Deinde negat Contzenius pag. 218. in tertią nostrā ad effugium Bellarmini datā responsione consequentiam : *Non enim eadem, ait, est naturalis naturæ conditio & brutæ ; hæc corruptibilis bono corruptibili paratur, illa æterno, sed externis egens adjutorijs infirma respectu sui finis, melior tamen brutis.*

R. 1. Etiamsi diversitas quædam detur inter conditionem hominis & brutorum, non tamen propterea enervatur vis nostrī argumenti. Regula enim illa Philosophi certis limitationibus (quarum nulla nobis hīc obstat) intellecta est verissima : *Si id, quod minus inesse videtur, inest, multò magis idinerit, quod magis inesse videtur.* 2. Falsum est, quod incorruptibile tantum externis, & non multò magis internis & connatis adjutoriis indigeat, quia externa facile possunt separari, non autem naturalia & interna. 3. Quomodo rationalis natura melior esse posset brutis, si hæc ab interno, fixo & nativo, illa tantum ab externo, mutabili & peregrino dono suam perfectionem nanciseretur?

*Contzenii
exceptio
tertia.*

CXXII. Instat porro ibidem Jesuita : *Imo nulli bruto suis deest naturalis defectus, nullam bestiam Deus esse voluit sine pari. Nam tot modis deficiendi potestas, defectus quidam est, ipsa mutabilitas morbus quidam est, & Rom. 8. v. 20 : Omnis creatura vanitati subjecta est. Licet ipsi defectus absq[ue] autoris intentione fuit.*

sint. Resp. 1. Negamus defectum quendam & vanitatem bruti-
tis esse naturalem, quippe ad id nequaquam creata sunt, ve-
rūm condidit ea Deus in statu perfecto, in omnibus perfectis
accidentibus & proprietatibus, in usum, non in abusum homi-
nis, et si post hujus lapsus horribilis ista ~~νεκτησία~~ per accidens
in mundum venerit. 2. Aliud est perfectum ~~ἀπλός~~ & in suo
genere, aliud ~~χειρός~~ & in respectu ad aliud. Quantumvis ergo
bruta in comparatione ad Angelos & hominem non adeò
perfecta fuerint, non tamen propterea absolute omnis perfe-
ctio iis est detrahenda, vel defectus aliquis & morbus iis ascri-
bendus. 3. Dicitur Deus vanitati subjecisse creaturas non ra-
tione *creationis*, quod Contzenio hīc probandum incubit,
sed *ordinationis*, quia videlicet vanitatem illam per lapsus in-
ductam ad bonum finem direxit, ut peccati humani crimen
semper hominibus antè oculos poneret, quo se hi à vanitate
separare, veritati connectere & Spiritui S. ejusmodi motus in nobis
perficiēti obedire stuperent, quemadmodum Augustinus lo-
quitur lib. 1. de Gen. cont. Manich. c. 13. 4. Quām absurdum sit
præter Dei intentionem ex materiæ conditione defectum
fluxisse, anteà ostendimus.

CXXIII. (θ) Si primus homo conditus est, ut Deum. 9. Argum.
agnoscat & agnatum in beatitudine vivendo colat, necesse est ab hominis
quod naturales vires habuerit, quibus id præstaret, nisi forte
affirmare non erubescimus, Deum, quod singulis creaturis
per naturam contulit, nempè ut idoneis viribus ad suas ope-
rations polleant, soli homini, id est, operi longè nobilissimo
invidisse & denegasse. Atqui prius verūm, sicuti præter Scri-
pturæ dicta innuit pulcherrima Lactantii sententia lib. 7. Inst.
cap. 6: *Iccircō mundus factus est ut nascamur; ideo nascimur ut
agnoscamus Deum; ideo agnoscimus ut colamus; ideo colimus ut
immortalitatem pro laborum mercede consequamur.* Ergo & po-
sterius verum erit.

CXXIV. Excipit ad hoc argumentum Bellarminus Prima Bel-
larmini ex-
d. l: *Beatus, inquiens, finis hominis naturalis est, quo ad app-
petitum, non quo ad consecutionem. Neg̃ est aut novum aut homi-
nis natura indignum, ut naturaliter appetat, quod non nisi super-
naturali auxilio consequi valeat, siquidem anima hominum,* argum.

L solutæ

soluta corporibus naturalem habent ordinem & propensionem ad corpora, quorum forma fuerunt, nec tamen iterum conjungi corporibus sine supernaturali auxilio poterunt. Idem acriter quoque urget Contzen in defens. Bellarm. p. 225.

Resp. 1. Omnipotens finem naturae humanae naturalem & genuinum voluit Deus esse Beatitudinem, ut pote cum hominem non tam ad hanc quam futuram vitam considerit, ut pace & aeternam & gaudio perfueretur caelesti, atraente etiam Pontificio Doctore Hect. Pinto tom. 3. Oper. de vera human. nat. cognit. cap. 5. pag. 14.

Bonav. 2.
sent dist. 19
quest. 1.

Ergo quia finis imponit necessitatem his, que sunt ad finem, ut recte Scholasticorum loquuntur Magistri, etiam media ad Beatitudinem naturalia Deus simul homini indidit, si secus, in necessariis ipse defecisset, ἀλογο! 2. Putida est illa h. l. distinctio inter finem naturalem quoad appetitum, non quoad consecutionem. Nam appetitus qui ad consequendum impossibile fertur, est frustraneus, sicque Deus temere & frustra eundem homini impressisset, quod non solum in Theologia, verum quoque in sana Philosophia perquam absurdum est. Et enim hujus axiomatis (ο θεός καὶ η Θύσις ἐδὲν μάτην ποιεῖ) usus adeo frequens Aristoteli, ut superfluum sit citare loca pro testimoniis, ait Scaliger Exerc. 61. sect. 1. 3. Exemplum ab animabus hominum acceditur est. Distinguendum namque inter naturam institutam & destitutam. In ista, quia natura humana non erat vanitati subjecta, sed integra & perfecta in vera sanctitate & justitia creata, ideo aeterna beatitudo finis ipsi fuit non tantum appetibilis, sed & possibilis; In hac vero quia per peccatum Ad mortis introiit in mundum, Rom. 5. v. 12. omnis ergo creatura jam vanitati subjecta est, Rom. 8. v. 20. inde fit, quod anima hominis a suo corpore separetur, neque alio quam supernaturali auxilio vicissim cum eo uniri queat.

Secunda
Bellarmini
exceptio.

CXXV. Pergit in allatrando nostro argumento Bellarminus: Tametsi summa illa beatitudo sit finis hominis naturalis, tamen est finis improportionatus, & praeter eum habet homo aliud finem naturalem sibi omnino proportionatum, qui est rationando inquirere veritatem.

R. 1. Pro dictatore Bellarmino non agnoscimus, & nisi rationes afferat ei non credimus. 2. Iniquus est in Deum & hominem. In istum, quod hominem naturam imperfectum condiderit,

derit, in hunc, quod ad Imaginem Dei quidem creatus fuerit,
nihilominus instar *Vespertilionis* (cujus exemplum manifestò
huc accommodare nititur Jesuita) Deum verè cognoscere
veraque beatitudine (quæ juxta Bellarminum finis hominis im-
proportionatus & nimium sublimis) frui non potuerit.
3. Si homini in innocentia statu Beatitudo improportiona-
tus finis fuit, qui quæso is in corruptionis statu Dei gratiam
propriis viribus sibi applicare, ac suis operibus vitam æternam
promereri poterit, ut Pontificiorum habet fidei Symbolum?
Confer Bellarminum lib. 2. de pænitent. cap. 12. & libr. 1. de Ju-
stific. cap. 21. Item Andr. Vegam. lib. 8. in Concil. Trident.
Hoc sanè est seipsum proprio gladio jugulare & frustrâ garri-
re, cum etiam ipsum credere, quod est consensum præbere verita-
ti, à Deo detur, ait Petrus Diaconus lib. de Incarnat & Grat. c. 6.
4. Subordinata non sunt sibi invicem opponenda. Veritatis in-
quisitio finis quidem hominis est, sed nec principalis, nec ulti-
mus, de quo híc nobis controversia. 5. In meiorias placet ad
præsentem objectionem Bellarminianam, audire definitivam
conclusionem Bonaventuræ Scholasticorum lucernæ libr. 2.
sent. dist. 19. art. 1. q. 1. ubi disertè scribit: Adeò verum & cer- Bell. mto
tum est hominem FACTUM ESSE ad participandum summam Bea- subversa.
titudinem, ut nullus de eo dubitet, nisi cuius ratio est omnino sub-
versa. Quod emphaticum Cardinalis de Cardinali judicium
sinceroribus Pontificiis ruminandum relinquimus.

CXXVI. (1) Quemadmodum se istud habet in Angelis ut
Deo jungantur & ei adhærent, ita quoq; se id habet in homine 10. Argum.
primo. Nā & Angeli & homo sunt creaturæ rationales ad agno- à naturali
scendum Deum in rectitudine conditæ, immò eadem est hic ra- Angelorum
tio hominum & Angelorum, ait ipse Bell. de gratia primi hominis cum Deo
c. 5. Jam v. in Angelis se habet ut bonum aliquod naturæ. Id conjunctio
quod nervosè probat Aug. libr. 12. de C. D. c. 1: Sicut, inquiens, ne.
cum vitium oculorum dicitur cœctas, id ostenditur, quod ad NATURAM oculorum pertinet visus: & cum vitium aurium dicitur
surditas, ad earum Naturam pertinere demonstratur auditus; Ita
cum vitium creaturæ Angelicæ dicitur, quod non adhæret Deo, hinc
apertissimè declaratur, ejus NATURÆ, ut Deo adhæreat convenire.
E. quoq; in homine & adhærere Deo sicq; originalis justitia bo-
num naturæ fuit.

*exceptioni.
Bellarmi*

CXXVII. *Contra assumpti probationem ex Augustino cristas h̄ic erigit Bellarminus inferendo, Docere quidem Augustinum Angelicæ naturæ convenire, ut per charitatem adhæreat Deo, sed non docere id Angelorum naturæ convenire naturaliter.*

*Eiusdem
dolis.*

Resp. I. Ipsa *ωτοψία* testatur clarissima quæq; negare & depravare Jesuitam, quandoquidem non tantum verba sequentia, quæ ab antecedentibus in sua objectionis formatione temerè discerpit Cardinalis, sed totus contextus attendendus est, in primis illa Augustini comparatio: *Sicut ad Naturam oculorum pertinet visus, sic Naturæ Angelicæ convenit adhærere Deo.* Subsumo ego. Visus seu vis videndi naturaliter ad natu-ram oculorum spectat. Ergò & adhærere Deo naturaliter convenit naturæ Angelicæ, & per consequens etiam humanæ, cum utraq; in rectitudine à Deo sit creata. 3. Adhuc aliud ibidem addit Augustinus, quod Bellarminus, quia contra se facere videt, similiter sicco pede transfilit. Est autem istud: *Omne vitium naturæ nocet, ac per hoc contranaturam est.* Hinc collico: *Quicquid est contra naturam, ejus contrarium est secundum Naturam ac naturale.* Atqui omne vitium est contra naturam. Ergò vitii contrarium scilicet Originalis justitia erat homini secundum naturam naturalis. 3. Confunditur ab Adversario Justitiæ Originalis origo cum ejusdem inhærendi modo. Nam Dei gratiam à bona Angelorum operatione non excludimus, sed ex ipsa Dei gratia Angelicam naturam ita creatam esse asserimus, ut naturalis ejus esset proprietas Deo adhærere, prout Augustinus sua comparatione ab oculis dedumptâ evidenter demonstravit.

*II. Argum.
à Patrum,
consensio.*

CXXVIII. (*ta*) Nostræ sententiæ accedit insuper consensus omnium propè Patrum. Ita enim alibi *Augustinus in Enchir. cap. ii: Quæcumq; animorum vitia sunt, ea privationes NATURALIUM bonorum sunt.* Hinc argumentamur: Omnes privationes naturalium bonorum presupponunt eorundem habitum. Atqui vitia animorum in nobis, teste Augustino, sunt privationes naturalium bonorum, videlicet rectitudinis & justitiæ Originalis. Ergò hæc animorum vitia presupponunt habitum naturalium bonorum, & per conseq. Originalis justi-

justitia juxta Augustinum est naturale bonum. Idem August.
lib. 3. de Libero arbitrio cap. 18: Approbare falsa, inquit, pro ve-
ris ut erret invitus, & non posse a libidinosis operibus temperare,
non est Natura instituti hominis, sed damnati. Et lib. de contin.
cap. 7: Langvorem istum culpa meruit, Natura non habuit. Ma-
earius homil. 12. expressius: Adam, ait, transgressus mandatum
duob. modis perire, uno quidem, quod perdidit possessionem puram
Naturae sue speciosam & secundum imaginem ac Similitudinem
Dei conditam: altero vero, quod perdidit ipsam Imaginem, in
qua reposita ei erat juxta promissionem tota hereditas celestis.
Petrus Diaconus lib. de Incarnat. & Grat. Christi cap. 6. inter
monum. Orth. Latin. Patr. p. 1244: Adam totus, secundum corpus
& secundum animam, in deteriorius commutatus, amissa libertate
propriæ sub peccati servitio mancipatur. Beda lib. 4. in Lucam,
cap. 12: Natura humani generis ad autoris sui similitudinem crea-
ta est. Anshelmus in 3. cap. ad Roman: Humana Natura sic os-
ex primitivo lapsu corrupta, ut sine mendacio peccatorum non
existat in hoc seculo. Leo sermon. 1. de jejunio & serm. 13. de paß.
Dom. itemq; Cælestinus I. Epist. prima ad Gallie Episcopos (quæ
extat tom. 1. Concilior. pag. 593.) innocentiam & dignitatem
primi hominis Naturalem appellant, quod pronunciatum repe-
titur in Breviario Romano Dom. IV. Advent. lect. 4. Bernhardus
sermon. 1. in Fest. annunciat. Mariæ: Ego, inquit, divinam ar-
bitror esse Imaginem, quæ non assuta sed insita, atq; ipsi impressa
Naturæ, scindiq; dividiq; non potest. Hugo part. 6. de Sacram.
cap. 2: Factus est homo ad similitudinem Dei secundum innocen-
tiam & justitiam, quæ in mente naturaliter sunt, &c.

CXXIX. Verum enim verò invenit etiam hoc loco
Bellarmine, quod ad nonnulla ex Patribus citata testimonia
regerat. In specie igitur ad Augustini ex cap. II. Enchir. dicit:
1. VIDETUR Augustinus eo loco per naturalia bona non formas, Bellarmine
exceptiones
ad quadam
Patrum die
sed subjecta intelligere. 2. Loquitur Augustinus de vitiis, quæ De dicto
sunt habitus quidam per iteratos malos actus acquisiti, non de Augustini
ex Enchir.
concupiscentia, ignorantia, infirmitate, malitia, cum quibus nas-
cimur. 3. Vicia omnia privationes sunt naturalium bonorum,
id est, naturalis rectitudinis, non qualis in primo homine fuit, sed
qualis esse potuit, si is in puris naturalibus conditus fuisset.

4. Si cōgeremur (adverte lector veritatis evidentiam) per naturalia bona apud Augustinum intelligere justitiam Originalem divinitus datam & super additam naturae, promptum esset respondere, donum illud naturale bonum vocari, quia naturam non destruat, sed perficiat.

Resp. 1. Ista in coacervandis responsonibus fluctuatio palpabile indicium est malæ causæ. Nam ut ille ait apud Epict. l. 2. diſ. c. 5: *Sicut in corpore ægro humor malus modò in hanc, modò in illam fertur partem; sic animus imbecillis & errore imbutus nunquam consistit, quo ve inclinet semper incertus.* 2. Tè Videtur refutari potest per *Non videtur.* 3. Prima & secunda responſio evertunt tertiam. Si enim Augustinus per naturalia bona intelligit subjecta, hecq; statim cum homine extiterūt, utiq; etiam bona naturalia homini indidit, non in statu quo esse potuit, sed quo fuit. Et si per vitia Augustinus intelligit habitus qui malis actibus acquiruntur, (loquitur vero Augustinus universaliter: *Animorum quæcunq; sunt VITIA*) qui rursus de natura in puris naturalibus talia pronunciari queunt, cum natura sic considerata, dictante Bellarm. sit sine justitia & sine peccato? Si que sic homo nec bonus nec malus fuit, qui bonum vitiis contrarium habere potuit? 4. Augustino ne quidem per somnium in mentem venit, ut de homine illo phantastico in puris naturalibus ageret, sed diametraliter opponit bona & mala seu animorum vitia, atque haec afferit privationes naturalium bonorum, quæ naturæ primævæ verè inerant, & nunc inesse debebant, sicut id verborum ἀρετῶν & textus οὐαφεω clare indicant. 2. Promptè quidem Jesuita coactus respondet, sed nil promptè probat. Nos sanè libenter amplectimur, Originalem justitiam donum dici naturale perfectivè, quod naturam perficiat, interim non excluduntur reliqui significandi modi, quo minus etiam Naturale bonum dicatur subjectivè & translativè, quemadmodum nostra argumenta evincunt.

De ditto

August. ex lib. 3. de li.
lib. 3. de li.
bero arbit.

CXXX. Ad alterum Augustini testimonium ex lib. 3.

de Libero arbitrio cap. 18. infert Bellarminus: *Loqui Augustini de natura, qualis fuit in primo homine, non qualis esse potuit.*

Resp.

7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000
1001
1002
1003
1004
1005
1006
1007
1008
1009
1009
1010
1011
1012
1013
1014
1015
1016
1017
1018
1019
1019
1020
1021
1022
1023
1024
1025
1026
1027
1028
1029
1029
1030
1031
1032
1033
1034
1035
1036
1037
1038
1039
1039
1040
1041
1042
1043
1044
1045
1046
1047
1048
1049
1049
1050
1051
1052
1053
1054
1055
1056
1057
1058
1059
1059
1060
1061
1062
1063
1064
1065
1066
1067
1068
1069
1069
1070
1071
1072
1073
1074
1075
1076
1077
1078
1079
1079
1080
1081
1082
1083
1084
1085
1086
1087
1088
1089
1089
1090
1091
1092
1093
1094
1095
1096
1097
1098
1099
1099
1100
1101
1102
1103
1104
1105
1106
1107
1108
1109
1109
1110
1111
1112
1113
1114
1115
1116
1117
1118
1119
1119
1120
1121
1122
1123
1124
1125
1126
1127
1128
1129
1129
1130
1131
1132
1133
1134
1135
1136
1137
1138
1139
1139
1140
1141
1142
1143
1144
1145
1146
1147
1148
1149
1149
1150
1151
1152
1153
1154
1155
1156
1157
1158
1159
1159
1160
1161
1162
1163
1164
1165
1166
1167
1168
1169
1169
1170
1171
1172
1173
1174
1175
1176
1177
1178
1179
1179
1180
1181
1182
1183
1184
1185
1186
1187
1188
1189
1189
1190
1191
1192
1193
1194
1195
1196
1197
1198
1199
1199
1200
1201
1202
1203
1204
1205
1206
1207
1208
1209
1209
1210
1211
1212
1213
1214
1215
1216
1217
1218
1219
1219
1220
1221
1222
1223
1224
1225
1226
1227
1228
1229
1229
1230
1231
1232
1233
1234
1235
1236
1237
1238
1239
1239
1240
1241
1242
1243
1244
1245
1246
1247
1248
1249
1249
1250
1251
1252
1253
1254
1255
1256
1257
1258
1259
1259
1260
1261
1262
1263
1264
1265
1266
1267
1268
1269
1269
1270
1271
1272
1273
1274
1275
1276
1277
1278
1279
1279
1280
1281
1282
1283
1284
1285
1286
1287
1288
1289
1289
1290
1291
1292
1293
1294
1295
1296
1297
1298
1299
1299
1300
1301
1302
1303
1304
1305
1306
1307
1308
1309
1309
1310
1311
1312
1313
1314
1315
1316
1317
1318
1319
1319
1320
1321
1322
1323
1324
1325
1326
1327
1328
1329
1329
1330
1331
1332
1333
1334
1335
1336
1337
1338
1339
1339
1340
1341
1342
1343
1344
1345
1346
1347
1348
1349
1349
1350
1351
1352
1353
1354
1355
1356
1357
1358
1359
1359
1360
1361
1362
1363
1364
1365
1366
1367
1368
1369
1369
1370
1371
1372
1373
1374
1375
1376
1377
1378
1379
1379
1380
1381
1382
1383
1384
1385
1386
1387
1388
1389
1389
1390
1391
1392
1393
1394
1395
1396
1397
1398
1399
1399
1400
1401
1402
1403
14

supernaturalia, v.g. inhabitacionem Spiritus sancti, quæ tam
en à creationis initio sic Adamo competebat, ut omnes quoq;
eius posteri templo Spiritus sancti extitissent.

¶ 2. Argum.

¶ Pontificis
ciorum pro
pria con-
fessione.

CXXXII. (15) Postremo ex ipsis Pontificiis atq; Scho-
lasticis haud pauci, etiamsi hinc inde missent mansisse ho-
mini & Dæmoni naturam post perpetratum peccatum inte-
gram, & duntaxat externam gratiam esse ablatam, lapsique
hominis statum ab Adami in puris naturalibus, ut vocant, sta-
tu non aliter differre, quam spoliatus differt à nudo, interim
veluti dilucida sui furoris nocti intervalla sèpè cum Augustino
& verè Orthodoxis exclamat, *Naturalia in homine esse corru-
ptæ*, quemadmodum videre eli apud Scholasticorum Magi-
strum lib. 2. sent. dist. 25. lit. H. Bonaventuram in 2. sent. dist.
29. art. 2. Henricum Gandavens. Quodlib. 6. quest. 11. Adeò
magnam vim habet veritas, ut etiam eos, qui ipsi acerrimè re-
luctantur, testimonium sibi aliquando dari compellat. Sic
Concilium Tridentinum decret. 1. sess. 5: *Si quis non confite-
tur totum Adamum, per illam prævaricationis offendit, secun-
dum corpus & animam in deterius commutatum fuisse, anathe-
ma sit.* Hoc igitur si verum, quomodo Originalis justitia ex-
ternum & supernaturale donum esse potuit, cum hujus abla-
tio naturam tam turpiter depravare, & in deterius commuta-
re nequeat? Sic *Alfonius Salmeron* ex primis decem Jesuitis,
tom. 1. comm. in *Evang. hist. can. 45. pag. 216*: *Ubi hominis cul-
pa peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, ho-
mo incidens in latrones, quod ad Naturæ bona attinet, vulnera-
tus fuit.* Sic *Jesuita Pererius* lib. 5. in *Genes. disp. 3. quest. 1. dist.
110*: *Si quis ex nobis querat, utrum justitia Originalis fuerit do-
num supernaturale, respondebimus simpliciter & absolute donum
fuisse supernaturale.* Sed confessim *Quintilius* & *Augustinus* sui
oblitus & quasi cœstro percitus subjicit: *Potest tamen aliqua
ratione appellari Naturale donum, quia propriè ac per se non per-
ficiet hominem in ordine ad finem supernaturalem, neque ad
actus supernaturales, sed supplebat defectus Naturæ & Natura-
lem duntaxat homini integratem, rectitudinem & perfectionem
præstabat.* Idem libr. 4. in *Gen. in Moral. pag. 388*: *Obsignavit
Deus hominem sigillo suæ Imaginis tam altè ac tenaciter impressæ,*
ut

ut salva hominis Naturâ signaculum illud auferri nullo modo posset. Et lib. 5. disp. de scientia Adami quest. 1. dist. 19: Quemadmodum Adam creatus est perfecto corpore, ita credendum est, factum esse eum animo menteq; perfectum, sed Naturalis perfectio mentis scientia est, hanc igitur habuit Adam ab initio. Hisce proinde Papæ satellitibus Bellarminus respondeat, nobis satis est monstrasse veritatem ab ipsis Adversariis proditam esse.

CXXXIII. Unum h̄ic regerit Bellarminus, & Concil. Tridentini decretum cum sua sententia conciliare conatur: *Nemo nostrum, inquiens, negat propter peccatum Originis non solum justitia Originali & gratia nos esse misere spoliatos, sed etiam incurrisse in Diaboli potestatem, & totum hominem secundum animam & corpus in deterius esse mutatum.* Neque illud dicimus, hominem in puris naturalibus conditum, futurum fuisse in Diaboli potestate, sed futurum fuisse quales nos sumus quoad mortalitatem corporis, rebellionem membrorum, ignorantiam, difficultatem & similia.

Exceptio
Bellarmini
ad decretū
Tridentis
num.

Resp. Hæc conciliatio hypothesibus Bellarminianis haudquaquam consonat. Nam si Originis peccatum nihil aliud est, quam doni supernaturalis integrâ persistente hominis naturâ privatio, utique nullo modo affirmari quit, hominem propter peccatum demum in Diaboli potestatem incurrisse. Et si mortalitas corporis, rebellione membrorum &c. saltem supernaturali dono amoto ex ipsis Naturæ principiis orta, iterum verè affirmari nequit, quod per peccatum Originis totus homo secundum animam & corpus in deterius sit mutatus.

EXAMEN ARGUMENTORUM PAPISTICORUM EX MALE DETORTIS Scripturæ dictis.

CXXXIV. Explicatâ verâ sententiâ unâ cum *κυριας* Adversariorum ad rationes nostras, videamus nunc porrò argumenta Bellarmini, quibus suam propositionem, Rectitudinem videlic. Adami donum supernaturale fuisse, contra Lutheranos, ut ipse c. 5. loquitur, asserat & confirmet. Ut enim in aliis articulis magis veritas elucet impugnata, juxta aphorismum,

M Augu-

Augustini sermon. 99. de temp. ita h̄ic etiam manifestior fiet.
dīa tñv ἀπτίδετι. Id verò facere Jesuwita satagit cap. 6. libr. de
grat. prim. hom. quatuor Scripturæ dictis, novem Patrum &
Scholaisticorum testimoniis, & quinq; rationibus.

1. Argum. CXXXV. Primum Scripturæ dictum sumit ex textu
Bellarmini Genes. 3. v. 19: Pulvis es, & in pulverem reverteris. Quorum
verborum hunc sensum esse ait Bellarminus: Quanquam te
De dicto valde gloriosum meā benignitate effecerim, ita ut posses neq; mor-
Gen. 3. v. 19 tem, neq; mala ulla formidare, tamen ex naturā tua pulvis eras,
mortalis, fragilis, doloribus, laboribusq; obnoxius, & quia dono
illo meo superaddito culpā tuā spoliatus es, & in statum tuum
naturalem recidisti, ideo nunc etiam pulvis es, & in pulverem re-
verteris.

Resp. 1. Imbellis hic miles est, quem Cardinalis in pri-
ma acie collocat. Nam si pulvis ille, ex quo homo conditus, no-
stram & formam, & conspectum, & cultum à Deo consecutus
fuit, utiq; aliud factus est, atq; sic non potuit cum eo de nomine
sociari, à cuius conditione desciverat, quemadmodum rectè dis-
putat Tertullianus libr. adversus Hermogenem & Materiarios
hæreticos. 2. Confundit Bellarminus in paraphrastica dicti
Scripturæ explicatione, conditionem rationalis animæ, quæ
justitiæ Originalis sedes fuit, cum prima corporis humani
origine. Homo quidem per tropum pulvis seu terra appellari poterat, sicuti Sapient. 7. γνητὸς nuncupatur, sed id tan-
tum ratione corporis, quod desumptum erat ex pulvere vel so-
lo, ut Toletus in cap. 9. Johannis, vel ex eodem cum aqua per-
mixto, ut Barradius tom. 3. comment. in Evangel. lib. 2. cap. 4.
contendunt; alioquin anima quoq; ex pulvere seu terra fuisset
fabricata mortalis atq; corruptibilis, quod valde absur-
dum. Vide Clementem Alexandr. in Orat. ad Gentes, & Gen-
tianum Hervetum in comment. 3. Committit elenchum παρ
τὸ πῆ ἡ ἀπλῶς λεγόμενον, quandoquidem qui non simpliciter,
nec secundum omnes partes naturā suā est pulvis, illi rectitu-
do naturalis essequit. Jam verò Adam non simpliciter, nec
quoad omnes partes naturā suā pulvis erat. Ergò 4. Ad-
huc nulla est in argumento consequentia. Etenim licet
corpus Adami ex terra formatum & potentia remotā mortale
fuerat,

fuerat, tamen quia animam immortalem & ad Imaginem Dei in perfecta sanctitate conditam sibi penitissimè & arctissimè unitam habuit, ideo & corpus ipsum factum est immortale. 5. Reversionem in pulverem, id est, mortem & corruptiōnem post lapsum Adāmo denunciat Deus, non quasi in statum suum naturalem reciderit, ut Bellarminus fingit, quippe natura primi hominis justa, sancta & exēpta erat à mortis périculo; sed quia à statu suo naturali in aliud contra naturam peccando, vel, ut Ennodius in *bened. cerei* loquitur, voluntario errore desciverat, siccirco Deus hanc erroris & peccati pœnam, quam Genes. 2. vers. 27. minatus fuerat, Protoplasto infligit, ut ejus corpus ex terræ pulvere productum, vitæ communicatæ usu vicissim privatum ad suam originem detruderetur, & in pulverem per mortem redigeretur, Gen. 3. v. 17. Rom. 6. vers. 23. Videatur August. lib. 13. de C. D. c. 15. Et Doctissimus August. interpres Ludovicus Vives in d. l.

CXXXVI. Unum hīc objectat Adamus Contzen in *de- Instantia fens. Bellarm. pag. 180*: [Reliqua enim ex Parei & Calvini plā- Contzenii, citis deprompta ad hypothesis autores nos remittimus.] *Qui naturā pulvis est, inquiens, etiam secundum unam essentiæ partem, illi rectitudo Originalis non est naturalis. Namque, naturā secundum eam partem fragilis, mortal is, doloribus, laboribus, omnibus ejus partis affectibus obnoxius est. Donum ergo quo contra illa mala munitur, non est illi parti naturale, sed supernaturale. At qui talis fuit primus homo. Ergo.*

Resp. Amabo lector in re tam seria hæc cine strophæ. *Responsio.* erit satis? 1. enim invertimus argumentum: Quicquid tantum secundum unam & quidem ignobiliorē essentiæ partem alicui ut supernaturale convenit, illud toti essentiæ non est ceu supernaturale ascribendum. At Originalis justitia &c. 2. Distingu. inter corpus hominis consideratum ante, & post factam animæ inspirationēm atque essentiālē unionem. Priori respectu justitiam Originalem ei non fuisse naturalem concedimus, posteriori modo negamus. Prout namque anima corpori naturalis erat: ita quoq; naturales animæ dotes corpori communicabantur. 3. Carentia aliqua est *Carentia* vel duplex.

vel simplex, vel cum dispositione prava. Quamvis in Adami corpore ante animæ inspirationē ista naturalis qualitas abfuerit, non tamen hæc carentia erat pravæ dispositionis, quæ vitiosis affectibus scateret, sed simplex, includens simul proximam potentiam ad nobilissimas quasq; qualitates recipendas; alioqui Deus instar Telephi fuisset, qui primūm hominis naturam sauciasset, postea demūm sanasset. 4. Denique quoniam facies Mosis virtute præsentiaæ divinæ mirifico splendore imbuta fuit, adeò ut Israēlitæ vix eum intueri potuerint, similiter quoniam, ut quidam docti viri arbitrantur, tabulæ lapideæ, in quibus Deus Decalogi præcepta digito suo descripsérat, pellucidæ factæ sunt & splendidæ, quis sanæ mentis amplius dubitaverit, corpus quoq; Adami, quod ipse Jehova familiari suâ manu efformavit juxta Tertull. stylum lib. 2. adv. Marcion. præsentiaæ divinæ splendorem, nitidam munditiem, & incorruptibilitatis nativos radios ad primum contactum acceperisse?

2. Argum.

Bellarmino.

De dicto

Ps. 8. 5. 5. &

48. 6. 13.

CXXXVII. Secundum argumentum dicit Bellarmenus ex Psalm. 8. v. 5: *Quid est homo &c.* Item ex Psal. 48. v. 13: *Homo cum in honore esset, non intellexis, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Unde ita infert: *His duobus modis indicatur fuisse primum hominem donis supernaturalibus ornatum.* Primum quoniam miratur Prophetæ hominem naturā suā corporatum, mortalem, animalium ceterorum, affectibus obnoxium, ad eam gloriam evectum, ut parvum omnino ab Angelis abesset. Deinde accedit, quod dona alia primo homini initio collata vocat honorem & gloriam, honor autem & gloria sine dubio aliquid extrinsecum & superadditum designant.

R. Respondet ad istud Pareus in castigat. Bellarmino. pag. 70. Mirari Prophetam in Psalmo octavo, non quod Deus hominem in prima sua natura mortalem Angelis æquaverit, sed quod hominem olim quidem naturā suā Angelis proximum, nunc verò suā culpā miserum, humili repellens, mortalem, suā bonitate & amore paterno dignetur. Eadem est sententia Petri Martyris class. 2. Loc. comm. cap. 2. quæ tamen minimè nobis placet, quandoquidem, ut alias Photinianismum sapit, (quemadmodum inter cætera constat ex Socini respons. advers. Puccium cap.

Συμπαγγελια
Inter Ante-
signanos
baresum.

cap. 2. pag. 84. § 87.) in toto Psalmo ne verbulo quidem attin-
gitur lapsus primi hominis. Deinde dominum in creaturas
tale ibi describitur, quod post lapsum nulli hominum ex virili
semine pronatorum convenit. Ut taceam hominem in hoc
statu non parum, sed longis parasangis à bonis Angelis dista-
re. Quid multis? Psalmus octavus propriè & in literali sensu de *Psalmus 8.*
Salvatore nostro agit, juxta infallibilem Spiritus Sancti expli- *unicè agit*
cationem, *1. Cor. 15. v. 27. Ephes. 1. v. 22. Hebr. 2. vers. 6, 7, 8, 9.* *de Christo.*
Dicimus igitur utriusque & Bellarmini & Parei glossam sacræ
Scripturæ oraculis è diametro esse oppositam. Quæcunque
enim S.S. unicè de Christo interpretatur, ille ad hominem me-
rum *innocentem*, hic ad eundem *suā culpā miserum*, *bumi re-*
pentem & mortalem transferunt; & quæ de summo exinanitio-
nis Christi gradu intelligenda esse docet, ambo malitiosè ad
summum gloriæ & dignitatris humanæ gradum detorquent.
2. Si ~~en negatione~~ concederemus Bellarmino, Psalmum istum ad
genus humanum in integratatis statu trahendum esse, nulla
tamen argumento inesset consequentia: *Homo primus fuit or-*
natus donis supernaturalibus. Ergò *justitia Originalis fuit do-*
num supernaturale. Falsum enim est, quod dicit cap. 6. §. 1:
omnibus testimoniis suam sententiam confirmari, que ostendunt
aliquid donum supernaturale primo homini fuisse collatum. Si
quidem & nos contra Pareum, præter concretam naturæ per-
fectionem, in Adamo dona supernaturalia statuimus, non ta-
men ea ipsam Originalem justitiam fuisse probavimus. 3. Vo-
cabula *Honoris & Glorie* sunt ambigua, nec semper aliud ex- *Honor &*
ternum innuunt, hinc saepius de Deo in Scripturis prædicant- *Gloria sunt*
tur. At Dei gloria & honor est ipsa interna Dei majestas. *voce ambig-*
Nil ergò obstat, quo minus etiam hoc loco (præsuppono au-
tem ex mente Adversariorum de nudo homine hic agi) de in-
terna seu nativa animi integritate accipi queant. 4. Distin-
guunt alii inter Gloriam, quam internam, & Honorem, quem
externam dignitatem denotare volunt. Quo pacto iterum
rectè dicetur, Deum coronasse primum hominem intus
Gloria, nempè vera sanctitate, justitiâ, sapientiâ, foris vero
honore, scilicet dominio super creaturas, sicque nostra asser-
tio ex Psalmo octavo non everteretur, sed magis confirmare-

Psalm. 48. tunc. 4. Dictum *Psalmi 48.* perperam ex vulgata versione
non agit de citat Cardinalis, quia juxta fontes ita reddendum est: *Homo*
Adamo in *in honore non pernoctabit,* (sive diu permanebit, in Hebræo
tegro. enim est *גָּלִיל* tertia persona sing. fut. Hiphil à Radice *לִין*,
quæ convenit cum dictione *לִין*, sicut & literæ *ל* & *נ* sunt ejusdem instrumenti & inter se commutabiles, proinde significatio ejus est *pernoctavit*, *permanebit*, *commoratus fuit*, & metaphoricè *quievit.*) assimilatur jumentis quæ intereunt.

5. Agit itaque ibi Psaltes, quemadmodum ex integro quoq; contextu patet non de statu Adami ante lapsum, sed hominis cœcitate & miseria post lapsum, ubi plurimi anxiè labo-rant de divitiis & nominis celebritate in magnificis hīc illīc extructis operibus acquirendâ, per quæ tamen ne unam quidem noctem consistere queunt, verum instar jumentorum citius extinguiuntur. Conjunge locum *Eccles. 3. vers. 19.* 6. Potest & 2. & 3. nostra modò data responsio contra Adversarium hūc accommodari.

3. Argum. CXXXVII. Tertium dictum affert ex *Sirac. cap. 17.*
Bellarmini. *vers. 1. & 3:* Deus hominem creavit de terra, & secundum se vestivit illum virtute. Quo loco, inquit Bellarminus, creatio refertur ad naturam, indumentum virtutis ad superaddita dona. **De dicto Si.** *vers. 1. & 3:* De indumento vero recte dici potest esse quid extrinsecum & superadditum.

Resp. Neque hoc argumentum firmæ armaturæ est. Nam 1. liber Apocryphus ad novum religionis dogma probandum haudquicquam confert. 2. Tota hominis creatio non in uno, ut Jesuwita fingit, sed in utroq; versiculo describitur. In priore scilicet natura corporis de terra, in posteriore natura animæ cum suis naturalibus dotibus ex nihilo, nisi asserere velimus & animam humanam ex terra esse formatam, quod ἀδεβλογον. 3. A posse ad esse non valet consequentia. Quapropter vitiosè colligitur: *De indumento seu vestimento recte dici potest, quod sit aliquid extrinsecum & superadditum.* Ergò & hic. Constat enim vestiendi vocabulum haud raro metanotat quid phoricè sumi. Sic Deus dicitur *indutus Gloria & decore, & extrinsecū amictus lumine sicut vestimento,* *Psalm. 104. vers. 1. & 2.* Idem & supernas turales,

Deus

Deus dicitur vestire hominem carne & pelle, Job. 10. vers. 11.
gramina agri pulchris coloribus, Matt. 6. vers. 30. Luc. 10. v. 30. in
quorum locorum nullo extrinsecum vel superadditum quid
significatur. 4. Quinimò vestitionem illam in textu Siraci-
dis de interno Naturæ, non externo superaddito dono intelli-
gendarum esse, perspicuum est ex verbis, quæ immediatè
εξηγήσεως evenia subnectuntur: *Et ad Imaginem suam fecit eos.*
Quemadmodum igitur DEI Imago se habebat, non tan-
quam aliquid externum homini superadditum, sed tanquam
concreatum & intrinseca humanæ naturæ perfectio; ita
quoque illa vestitio accipienda est, & quidem eò certius,
quia emphaticè dicitur: *καὶ ἐπειδὴς εὐέδυσεν αὐτὸς οἰχόμενος, induit eos virtute Juxta se ipsos,* i.e. virtute hominum propriâ &
naturæ ipsorum convenientissimâ, non, ut vulgata Latina
(quam Bellarmînus cum Tridentino Conciliabulo hic au-
thenticam facit) legit, secundum SE, id est, secundum Deum.

CXXXIX. Quartus Scripturæ locus, quem Adversa- 4. Argum.
rius ad probandam suam opinionem adducit, est parabola Bellarm.
ex Luc. 10. de homine spoliato & sauciato, ubi, ait Bellarmi- De parabo-
nus, non solum intelligimus ex nomine vestium, quæ extrinsecum, la Luc. 10.
quid significant, colligi posse donis supernaturalibus privatum
fuisse primum hominem, sed etiam animadvertisimus, plagas Na-
turæ humanae ex despoliatione consecutas esse. Neg̃ enim sine
causa Dominus in parabola illa prius dixit hominem spoliatum, po-
sterius autem vulneratum fuisse.

Resp. 1. *Theologia parabolica non est argumentativa*, Non agit de-
scribit Angelicus Papicolarum Doctor Thomas, & astruente lapsu Adas
ipso Bellarmino libro 3. de Verbo Dei cap. 3. ex SOLO sensu mi.
literali peti debent argumenta efficacia. 2. Parabolæ extra-
mentem & scopum dicentis non sunt extendendæ, proindè
salvâ Patrum autoritate, quibus nimis familiare fuit allego-
rias qualescumque venari, indubitanter asserimus, Salvatoris
nostrî scopum in ista parabola non fuisse, per viatorem spo-
liatum & vulneratum, Adami lapsum & humani generis
reparationem explicare, sed solummodò doctrinam
de

de quōvis ptoximo nostrā operā indigente & charitatis officiis
ob oculos ponere. Id quod & Legisperiti quæstio, vers. 29.
& Christi responsio vers. 31, 34, 35. & gravis tandem ejusdem
~~magistris~~, adhortatio seu conclusio vers. 37. evincit. Consule
Harmoniam Evangel. Polycarpi Lyseri libr. 4. part. 2. cap. 105.
Meelfubrer. in Vindic. Evangel. dec. 5. disp. 4. thes. 70. & disp. 8.
thes. 135. 3. Quantumvis largiamur parabolam ad lapsum pri-
mi hominis, (quo in Diabolo latrones incidit, à quibus quo-
ad gratiosam Dei inhabitationem & animi tranquillitatem
spoliatus, verâ sanctitate & justitiâ exutus, atq; in omnibus
animæ & corporis viribus sauciatus fuit) accommodari posse,
inde tamen nullâ evidenti sequelâ colligitur, Originalem ju-
stitiam non fuisse primo homini naturalem, alias pari ratione
liceret inferre: Homo cœcus est spoliatus facultate videndi.
Ergò facultas videndi ipsi non est naturalis. Ubi argumenti
futilitatem quivis deprehendit. 4. Argumentum ex vocabu-
lo Vestimenti malè vestitum paulò antè denudavimus. Quib.

Contradi-
ctio Bellar-
mini.

adde memorabilem Bellarmini contradictionem, ex libr. 2. de
Justific. c. 12. ubi bis scribit, Similitudinem INDUMENTI seu vesti-
menti A P T I S S I M E convenire justitiae IN H A R E N T I. Quâ
fronte igitur eam hîc tantum de extrinseco dono accipiendam
esse Jesuita garrit. 5. Spoliatio etiam in Naturalibus fieri po-
test, quod exemplo cœci oculorum lumine spoliati aperte pa-
tet. Sic qui in ~~agorâ~~ aut ~~œcumâ~~ incidit, rationis usu spoliatus
dicitur, et si is quoq; homini sit naturalis. 6. Si omnino præ-
dictam parabolam velimus ad hominem lapsum, qui relictus
fuerit semivivus trahere, fidei analogia evincit intra cancel-
los vitæ naturalis, non spiritualis, quâ homo planè emortuus
fuit, comparationem esse coarctandam, Vid. Joban. 5. v. 25.

Pontificiar.
æxegomata
Bellarmine
adversa.

Ephes. 2. vers. 5. 7. Immò hac ipsâ parabola Bellarminus pro-
pria vineta cædit, & quæ ex Pelagii sententia hausit dogmata
scil. 1. Corruptionem humanae naturæ in sola amissione super-
naturalis uestis consistere. 2. nullam præviam qualitatem ex ista
amissione in homine ortam esse. 3. Omnia Naturalia in homine
integra mansisse, prorsus evertit. Quandoquidem viator iste
non solùm ueste foris spoliatus externorum bonorum jactu-
ram fecit, sed insuper naturæ intrinsecâ læsione ad mortem
usque

usque vulneratus fuit, non secus atque alibi Scriptura de vulneribus humano generi per lapsum inflictis agens, talia ea indigitat, quæ hominem non tantum femininecem reliquerunt, sed penitus enecarunt. Hūc spectat B. Cyrilli σφεαγίδις τη πατέρων (si Anastasio credimus in Hodeg. cap. 7.) testimonium: RAPUIT hominis NATURAM Adam, statim quippe maledictioni obnoxiam reddidit, διάτριψε φθορὰ morti & corruptioni subjicit, comment. in Hos. c. 6. Et Fulgentius lib. de Incarnat. & Grat. c. 13: Adam peccans, inquit, in eo, quod animæ sanitatem delinquendo perdidit, etiam illa cogitandi, quæ ad Deum pertinent, facultatem PROTINUS AMISIT. O ergo deploratam Jesuitarum causam, quæ talibus utitur præsidiis?

*EXAMEN DICTORUM, QVÆ EX
PATRIBUS PRO SUA SENTENTIA
affert Bellarminus.*

CXL. Hactenus evictum fuit, Bellarminum nihil solidi in universo Codice Biblico invenire potuisse, quo suam sententiam probaret. Nunc igitur porrò ad alteram argumentorum classem, quam ex Patrum dictoriis instruit, descendemus, eandem examinaturi, sed paucis, quippe cum ab autoritate humanâ argumenta petantur infirma, quæ per se nihil concludunt, præsertim in articulis fidei, ubi

Unica Scriptura est recte certissima amissis,

Cui quod non penitus congruit, omne malum est. De dicto

Et primò quidem in aciem producit Dionysium Areopagitam, *Areopagite*, qui lib. de divinis nominibus cap. 4. part. 4. de Dæmonibus lo- *ex lib. de* quens dicat: *Nec Angelica munera his tributa aliquando permittuntur nomi-* *nib.* *tata, sed integra esse penitusq; conspicua.*

Resp. i. Autor lib. de divin. nominib. non est ille, quem Paulus in religione Christiana instituit Actor. 17. vers. 34; sed alius quidam PseudoDionysius & personatus Areopagita, quod tredecim rationibus demonstrat Andreas Rivetus in Critico sacro libr. 1. cap. 9. Neg, satis est Christi discipulis ad autoritatem isti libro conciliandam, quod is à Papa Gregorio, Martino, Nicolao &c. probetur, quemadmodum sibi imaginatur Bellar-

minus in lib. de script. Eccles. pag. 65. 2. Falsum & impium est
asserere naturalia post lapsum in Dæmonibus mansisse integræ,
sive hæc (ut præter Bellarminum Ludovicus Carbo lib. de sui co-
gnit. cap. 36. & Sixtus Senensis libr. 5. Bibliothec. sanct. annot.
49. ebuccinant) sit Dionysii, sive potius communis Scholasti-
corum sententia. Semper namq; distinguendum est inter
ipsam essentiam Angelicam, quæ etiam post lapsum in Diabo-
lis integra mansit, & inter concreatam virium & facultatum
perfectionem per lapsum spontaneum deperditam, quæ omni-
nò iis Naturalis fuit, quia conditi erant, ut tanquam intelligen-
tes spiritus naturæ instinctu ad laudes & ministerium Dei fer-
rentur, cum hodiè contrarius iis insit naturæ impetus ad offen-
dendum & blasphemandum Deum, Job. 8.v. 44. 3. Edifferat
Cardinalis, cur adeò vehementer pugnet pro integritate natu-
ralium in homine & Dæmonibus, cum illa non integra re-
mansisse statuat in serpente, qui tamen dicente ipso, nec pec-
cavit, nec peccatum persuasit, sed suadentis Satanae tantum instru-
mentum fuit. Cui enim ante Naturale erat incedere erecta figuræ
& vesci pro cibo herbis, eidem serpenti Naturalibus istis amissis
pænæ loco impositum fuit super peccatum progredi, & terram perpe-
tuò comedere, ut sonant verba Bellarmini lib. 3. de amiss. Grat.

Contzen in cap. II. Quamvis Jesuita Pererius à Nobili illo Romanae Ecclesiae
prefat. def. membro etiam hic dissentiat lib. 6. in Genes. quest. 4. pag. 208.
Bellar.

Bellarmini
αἰτιογένεια

Ejusdem
elabendi
studium.

4. Marsilii Ficini commentatio in Dionysii erroneam senten-
tiam ejusdem est notæ cum ipso textu, quam dum Bellarmi-
nus approbat, sibi ipsi iterum spiritu *καταρροής* pulsus contra-
rius existit, siquidem paulò antè docuit Naturam humanæ per
Adæ peccatum vulneratam & corruptam esse, quod Marsil. negat.

CXLI. At conciliationem querit hujus *αἰτιογένειας* Je-
suwita in quadam distinctione: *Eadem nostra, inquiens, &*
Dæmonum natura, si referatur ad eum statum, in quo esse po-
tuisse, si in puris naturalibus creatura fuisse, integra dici debet. Si
verò statum respiciamus, ad quem benignitate conditoris fuerat
evecta, vulnerata & corrupta dicenda est.

Resp. Quæstio planè non est de puro puto figmento
seu commentitio isto statu hominis in sola *ἀκατίᾳ* & puris na-
turalibus, qui nullo tempore fuit, est, aut erit, immò divinam
boni-

bonitatem & gratiam labefactat, ut superius cap. 2. ostensum;
sed controvertitur unicè quæ sit integritas, & quis status, in
quo homo reverâ à Deo creatus est, & quomodo is post lapsum
comparatus sit. Iccircò putida est illa distinctio & Pelagiana
glossa.

CXLII. Proximum locum à personato Dionysio assi- *De dicto*
gnat Bellarminus Basilio, qui in lib. de S. S. c. 16. dicat, *Sanctifi-* *Basilii ex*
cationem non esse ab ₃₃ Spiritu, negat naturā sanctas esse cōlorum lib. de S.S.
virtutes, sed sanctificationis mensuram à Spiritu sancto habere.

Resp. 1. Iterum suum dogma ex lib. dubio & non satis
probato roborat Robertus. Nam certum est stylum in lib Ba-
silio de Spir. S. sibi non constare. Unde Erasmus in Epist. ad Jo-
hannem Episcopum Culensem: *Sunt, inquit, in his quadam*
*eruditæ, sed à charactere Basili discepantia, quadam rursus ejus-
modi, ut inde referant Parentem suum, videlicet eum, qui do-
ctissimis Athanasii libellis de Sp. S. suas loquaces & elumbes at-
texuit nenia. 2. Loquitur ibi Basilius non de homine, de quo*
nobis jam est sermo, sed Angelis, quorum perfectionem etsi
vel maximè Naturalem esse negaret, tamen non magis id nos
ad assentiendum obligaret, quam quod Angelos in loco, eo-
rundemq; substantiam aëream aut igneam esse ibidem affir-
mat. 3. Naturā aliquid sanctum dupliciter potest dici, pri- *Naturā*
mò quod per essentiam tale est, sive est ipsa Sanctitas. Quo *sanctum*
sensu dicit Hieron. dial. 2. cont. Pelag. *solum Deum immortalem dicitur*
& sanctum esse, quia talis est nullatenus per gratiam, sed tan- *διγῶς.*
tum per naturam; Deinde Naturā sanctum vocatur, quod ve-
rā sanctitate tanquam interna & naturali qualitate, separabi-
li licet ab ipsa essentia, præditum existit. Priori ratione nos
ipsimet Angelos naturā sanctos esse negamus, posteriori verò
ratione asserimus. 4. Atq; istam & non aliam esse ipsius Ba-
silii quoq; hoc in loco mentem, planum est ex ratione & ver-
bis annexis, quæ Bellarminus callidè & fraudulenter omisit.
Ita enim habet integer contextus: *Non naturā sanctæ sunt cō-
lorum virtutes. Nam si id esset, NULLA RE differentia à Spi-
ritu sancto, sed juxta portionem quæ se invicem superant, à Spiritu*
habent sanctificationis mensuram.

CXLIII. Conatur suam assertionem ulterius munire.
Bellarminus autoritate Chrysostomi hom. 15. in Genes. ubi gloriā Originalis justitiae vestimento comparat. Quod ipsum et jam urget in dictis Cyrilli, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Anselmi & Bernhardi, quorum quidam primi hominis dona et jam Gratiam appellant.

Responsio Generalis Resp. Primum in genere. Lubentissimè largimur, Originalem justitiam supernè homini in ipsa creatione concessam esse, eandemq; vestimento comparari, itemque Gratiæ nomine appellari posse, quia integratatem illam Adam non à seipso habuit, sed ex singulari Dei gratiâ, cui omnia dona ascribenda, Thren. 3. v. 22. Rom. 11. v. 35. Jacob. 1. vers. 16. accepit, inde verò nequaquam sequitur, Originalem justitiam Adamo non naūralem, sed supernaturalem, & aliquid extrinsecus superadditum fuisse, ut passim supra probatum dedimus. In specie

Resp. Specialis ad Chrysostomi autem respondemus ad Chrysostomi locum, illum esse suposidit. Chrysostomi. titium, cum tota homilia de Adamo & Heva nusquam apud Græcos inveniatur. Vide Andr. Rivetum in Critico sacro lib. 4. cap. 1. & Bellarminum ipsum lib. de Scriptor. Ecclesiast. pag. 157: ubi Chrysostomi homiliis à posteriori quodam auctore nonnulla dubia fidei inserta esse afferit. Deinde Cyrilli locus ex lib. 1. in Joh. cap. 9. præ posterè & diversissimo sensu citatur. Etenim hominem creaturam parvam & secundum naturam abjectam dicit, non qualis ante lapsum in sua integritate erat, quia hanc in eodem loco appellat priscam NATURE pulchritudinem & integrum NATURE dignitatem, sed qualis factus est per lapsum, quod nostram fortius confirmat sententiam. Præterea

Ambrosii. Ambrosii autoritatem, quâ conscientiâ hîc magni æstimat. Cardinalis, cum tamen Petrus Damianus Pontificis Romani Legatus eum appellet hominem dogmatis diversi à sede Petri. Vid. Mornæus in myster. Inquit. pag. 553. Interim minimè nobis adversatur Ambrosius, quando primævam rectitudinem vestimento confert, eamque gratuitam fuisse statuit, scilicet quia à DEO orta, quia eadem non extrinsecus homini superaddita, sed simul naturæ concreata, adeoque naturalis fuit. *Hieronymi.* Sic Hieronymus comment. in Hos. cap. 3. concreatam seu (ut ipsius verbo utar) propriam dignitatem, nominat antiquam Gratiam

Gratiam, quia scilicet in sua naturâ ceu propriam affectionem
Protoplasti acceperant, quod per peccatum amiserunt. Au. Augustini.
gustinus quoq; (quē aliās cum 126. sanctis Episcopis damnarunt
Bonifacius I. & II. Pontifices Romani, & judices secundum
Bellarminum infallibiles, Morn. in myst. Inquit. p. 197. & seqq.)
in citato loco nos à nativitate in membris nostris vitiatam Na-
turam trahere afferit, quod cum integritate naturae Bellarmi-
niana post lapsum è diametro pugnat. Idem Augustinus libr.
de spir. & anima cap. 48. Originalem integritatem expressè
nuncupat Bonum Naturae. Quod ipsum etiam Anshelmus Anshelmi.
facit libr. de concept. virgin. & peccat. Origin. hominem suā spon-
te ea bona deseruisse statuens, quæ non solum sibi, sed & aliis ser-
vanda acceperat, id est, generatione carnali adeoque natura-
liter propagare debuerat. Denique Bernhardus quamvis di-
stinguat alicubi (non enim id discrimin perpétuò observat)
Imaginem à similitudine, nihilominus clarè edisserit, divi-
nam Imaginem non assutam esse sed insitam, & ipsi impressam
Naturae, adeoque Bellarmino in faciem contradicit. Bernardi.

EXAMEN ARGUMENTORUM BELLARMINI EX RATIONE de promptorum.

CXLIV. Tertiam argumentorum classem consti-
tuit Bellarminus in ratiunculis, quas quinq; subdit, sed maxi-
mam partem ita distortas, ut facile appareat, eum lectoribus
voluisse insidias struere. Prima est: *Naturale est corpori* 1. *Ratio*
animali sensu & appetitu prædicto concupiscere bonum sensibile, Bellarmini.
naturale est spiritui rationali concupiscere bonum spirituale,
quare si fiat una natura ex spiritu rationali & corpore animali
conflata, naturale erit illi habere diversas & inter se pugnantes
propensiones. Quod igitur primi Parentes nostri ante peccatum
pugnâ istâ diversarum appetitionum carerent, donum erat super-
naturale, non conditio naturalis. Idem hoc argumentum
urget Calvinista Timplerus in sua Anthrop. cap. 7. prob. 17. quo
pugnam rationis & appetitus homini, quâ tali, naturalem
fuisse concludit.

Bonum sensibile & spirituale non contrariantur.

Aliud appetere, aliud male appetere.

Alius appetitus bestialis, alius bus manus.

Resp. 1. *Subordinata non pugnant.* Tota verò argumentatio fluit ex falsa hypothesi, quasi bonum sensibile, & spirituale ceu contraria opponantur, cum respectu hominis ad Imaginem Dei conditi sint subordinatae. Ita namque Adam conditus fuerat, ut superior potentia *κυρεγνητική* ornatâ sapientiâ & justitiâ rectè prospiceret inferiori, & inferior perfectè obtemperaret superiori, sicque ratio insuum, & appetitus insuum ferretur objectum, ideo nulla erat in Adamo propensionum *σύγχαζις*, sed perpetua & constans *άρχωνία*. 2. Distinguendum inter ipsum appetitum, & appetitus *άπολετός*. Appetere sanè rem sensilem simpliciter malum non est. Nam & Adamo licuit omnium Paradisi arborum, unicā exceptā, fructus appetere, & secundus Adam Christus cibum Matth. 4. vers. 2. potum Joh. 4. vers. 7. somnum Matth. 8. vers. 24. & alias res sensiles appetiit; sed malè, *ἀτάκτως καὶ παραλόγως* appetere, sicut hodiè sollet caro (*quæ animæ rationalis organon est*, afferente Philastrio heres. 96.) adversus spiritum *σημιάζειν*, hoc demum malum est. Quod tamen non ex natura humana per se, prout in initio integra fuit condita, oritur, sed per accidens, quatenus per lapsum miserè est corrupta & contaminata. 3. Distinguendum inter appetitum in genere, & appetitum humanum. Etsi appetitus generaliter sumptus, prout bestiis & hominibus communis est, hoc quasi proprium habere videatur, ut *εἰς ἐπιδυμιῶν καὶ τοῖς ἐφθαλμοῖς ἀρεσκεῖν* feratur, attamen appetitus humanus, quia à forma humana ad Imaginem Dei cōdita coarctabatur, & ad certum modū suæ speciei congruentem & proprium revocabatur, nunquam ad illicitum objectum tendebat, quamdiu ista natura mansit incorrupta. *Sicut enim homo Paradisi delitiis potitus nullam in anima poterat sentire esuriem, ita etiam omnem, quæ ex carne nascitur, ignorabat passionem, ait verissimè Gregorius in Pœnitentiali, Psalmos.* 4. Quoniam Protoplasti ex malo sensibili appetitu non solum Originalem justitiam amiserunt, verum quoque ob illam ipsam amissionem in Diaboli potestatem inciderunt, utique consequitur ex Pontificiorum doctrina, eos secundum naturam in innocentia statu, ad eundem modum dura

dum Diaboli arbitrio fuisse obnoxios, talesque in vita æterna aliquando fore, quippe qui secundum illam, nostrâ miserâ naturâ minimè saniorem, non potuerint non malè appetere. Igitur sic homo quâ Dei opificium, Diaboli erit mancipium, quod perabsurdum.

CXLV. Secunda ratio: *Si corruptio quæ nunc est in*, 2. *Ratio natura humana, non est consecuta ex sola remotione doni super-* Bellarm.
naturalis, neque fuisset in homine in puris naturalibus condito,
tum causa rebellionis carnis ad spiritum vel erit Deus, vel po-
mum vetitum, vel flatus serpentis. Sed nulla ex his causa con-
stitui potest. Ergo conditio materiæ est hujus corruptionis cau-
sa efficiens, demeritoria causa peccatum Adami, & divina justitia
donum illud removens, in his est acquiescendum, neg₃ alia causa
querenda.

Resp. 1. Sophistica hæc digressio est cum scopo disputationis minimè congruens. Probandum Jesuwitæ erat, ut ipse cap. 5. statum controversiæ format, *Rectitudinem illam*, *cum quâ Adam creatus fuit, donum supernaturale fuisse*. At hic concludit, *nostræ corruptionis causam esse conditionem* materiæ. Quis adeò bardus ut istum non deprehendat fucum? 2. Est in argumento fallacia πω̄ τὸ πῦ & insufficiens membrorum enumeratio. Licet nec Deus, nec pomum, nec serpentis flatus sit causa efficiens corruptionis, non statim inde sequitur, quod causa vera sit materiæ conditio, sed aliæ dari possunt, nempè Satanæ (quem propterea meritò divinæ *Imaginis Prædonem nominat Tertullianus libr. adv. Valentin.* cap. 2.) suggestio, hominis consensio & arbitrii liberi abuso, quibus excellens illa virium humanarum harmonia, destructa, & grassantis Originalis peccati lues introducta est. Lege Gregorium in tert. cap. Jobi libr. 4. cap. 25. Quemadmodum enim positâ privatione in subjecto habili, ponuntur habitus contrarii; ita in homine positâ aversione à Deo, succedit conversio ad Diabolum, quæ habitualis corruptio est & pravitas. Et quemadmodum qui per plures actus vitiosos virtutem exturbat, vitii habitum consequitur, qui rationem exuit amens redditur, qui intemperantiâ sanctitatem

Causa,
corruptio-
nis in ho-
mine.

tem perdit, mortbum contrahit, qui vitam sibi adimit, mortem immittit; sic primus homo primam legis divinæ transgressionem (quæ ob insignem turpitudinem multis actibus in statu corrupto deterior erat) amissâ rectitudine, contrarias qualitates, scilicet pro excellenti sapientiæ luce mentis cœcitatem, pro justitiæ habitu voluntatis pravitatem, pro vitæ sanctitate cordis & appetitus deformitatem sibi induxit, ut aliam causam immittentem querere planè non sit necesse. 3. Quod cum Socino ex cap. 7. respons. adversus Puccium pag. 201. materia corruptionis in homine causam constituit Cardinalis, insulsum est, siquidem & in Dæmonibus est talis corruptio & rebellio, quâ cervicem adversus Dominum omnipotentem attollendo, ut Damascenus loquitur orat. 34. naturalem suam sanctitatem perdiderunt, & corruerunt casu omnium miserrimo & calamitosissimo, nihilominus tamen carent omni materia, ni iis corpora affingere velimus. 4. Præterea materiæ attribuere actionem per se absurdum est, ait subtilissimus Scaliger Exerc. 17. Qui enim condidit materiam, & formas condidit, & voluit suæ quamq; cuig; acquiescere. Neg; posuit appetitum in materia mutationis, sed perfectionis tantum, ait idem Exerc. 61. sect. 1. 5. Et quomodo sic Deus non erit autor peccati? Nam causa causæ est etiam causa causati. Si ergò per se ex materiæ conditione fluit malum, utique illud Deo erit ascribendum, non saltem obliquè, ut nugatur Pererius in Gen. lib. 4. dist. 165. pag. 201. sed etiam directè, ad quod effatum quivis Christianus meritò cum Prudentio in lib. de orig. peccat. exclamat:

Prudent. in
Hamarti,
gen.

Damna aures, Pater alme, meas, & clade meatus
Obrutescentis capitis, ne pervia tales
Concipiat flexura sonos!

Igitur Bellarmini ratiocinationes mera nuga sunt, inscitiae soboles, alumnae pertinaciæ atq; supinitatis, ita concludit iterum nobiscum Scaliger Exerc. 17.

3. Ratio
Bellarmini.

CXLVI. Tertia ratio: Peccata actualia non corruptunt donum aliquod naturale, neq; acquiritur aut augetur iis propensio ad omnia vicia, neq; minuitur inclinatio ad omnes virtutes,

sed

sed amittitur illis solummodo donum gratiae supernaturalis. At peccatum Adæ fuit actuale & certum quoddam peccatum, & eiusdem generis cuius sunt cætera, que ab hominibus committuntur. Ergo non videtur alium effectum producere potuisse, quam producant cætera, neque probabile est ex peccato Adæ dona naturæ corrumpi potuisse, aut concupiscentiam illam nasci, nisi ea remoto Originalis justitiae dono ex ipsa natura composita ex contrarijs consecuta fuisset. R. I. Neque hæc ratio directè infert, quod est in quæstione, sed cum præcedenti extra limites ad corruptionis & pravæ concupiscentiæ causas divagatur. 2. Si tamen istum condonemus tanto Cardinali paralogismum, laborat nihilominus ejus discursus fallacia consequentiæ, quod ipse Bellarminus agnoscens consultò ponit: *Videtur, probabile est.* 3. Propositionem pronunciamus falsam, quamvis ex alio fundamento ac Calvinianæ. Pareus enim in *Castig.* <sup>Parei cras-
sus error.</sup> Bellarm. pag. 81. ad præsentem objectionem responsurus negat actualibus peccatis renatorum donum gratiae, fidei, justificatio-
nis &c. penitus amitti. Verùm nos contrarium alibi lucidissimis scripturæ dictis, rationibus & exemplis contra Scultetum Parei in Heidelb. Academia collegam demonstravimus. Hinc rectissimè contra Pareum Contzenius: *Si omnia, inquit, que Achab, que Manasses, que ceteri singuli fecere, in se unus suscipiat Calvinista, fidem non perdet, non justitiam. At justitia illa latronum, Temperantia ebriosorum, castitas meretricum est.* Apage ergo cum isto Atheismo. Nos igitur Bellarmino respondeamus, omnino etiam per actualia peccata dona naturalia corrupti & diminui. Ita per *ἀσωτίαν* & scortationem viden-
di naturalis facultas læditur, & cœcitas animi atque corporis inducitur, quemadmodum in exemplo videre est Gen. 19. Unde illud Ethicorum exortum monitum: *Vitia frequentius iterata immutant naturam, & expulso virtutum fomite pravum intus causantur habitum,* Erasm. in Theol. meth. pag. 201. 4. Immo per unum peccatum voluntarium augeri potest propensio ad omnia vitia. Qui enim in uno legem Dei transgreditur eamque contemnit, haud abhorrebit id tentare in aliis, *Πᾶτα Discrimen γὰς ἀποτίξειν ἀρχία τ. Joh. 3. v. 4.* 5. Assumptio itidem Bel-

*In disp. hos
mil Dom.
Oculi quæst.
7.*

O

larimi-

*inter pecca-
tum Adæ &
renatorum.*

Bellarminianus objecti est falsa, quasi scil. ejusdem planè generis sit peccatum Adæ cum modernis hominum Renatorum peccatis, eundemque habeat effectum. Nam illud fuit peccatum Universale, hæc sunt individualia & Personalia, sic circò illud universalem corruptionem tam hominum, quos omnes in natura depravavit, quam vitiorum respectu, ad quæ nos assidue inclinat, invexit. 6. Adam peccavit merè spontaneâ inobedientiâ, cum naturam adhuc haberet integrum & perfectè Deo conformem, ideo non duntaxat supernaturalia dona, verum naturales etiam vires eo peccato perdidit, & se totamque suam posteritatem spirituali veneno infecit. At renatorum peccata fluunt ex natura corrupta, proinde privatione boni supernaturalis potissimum puniuntur. 7. Renatorum justitia comparati debet cum Originali integritate, non tam ut in hac vita est, inchoata, sed qualis erit in altera consummata, ubi iterum intrinsecum, naturæque beatorum penitissimè infixum, atq; sic naturale donum erit.

¶. Ratio

Bellarmino.

CXLVII. Quarta ratio : *Si natura humana, qualis nunc est, remotâ culpâ mala est, & necessariò labitur in peccatis, & ideo non potuit à Deo creari sine justitia Originali, certè sequitur non posse hominem mortuum à Deo revocari ad vitam, nisi præditum Originali justitiâ. At novimus multos divinâ virtute excitatos à mortuis, & ex ijs nonnullos, quos omnino credibile est à peccato Originis fuisse purgatos, qualis fuit Lazarus & infantes illi, quos Elias & Heliceus à mortuis revocarunt : qui tamen sine dubitatione ulla etiam in nova illa vita justitia Originali carebant, & tales erant quales sunt ceteri, qui ex parentum carne per generationem via ordinaria propagantur.*

R. I. Aliud iterum sonat cithara in quæstione, aliud pes in probationis conclusione, quod desperatæ causæ certissimum indicium est. 2. Nusquam dicimus (quod tamen in antecedenti, tanquam nostra esset hypothesis, assumitur) naturam humanam remotâ culpâ malam esse, sed ingenuè affirmamus, naturam humanam in statu lapsus sine culpa esse nullam, in statu innocentia fuisse integrum & valde bonam. 3. Neque asserimus (quod altero loco nobis falsò ascribitur) natu-

rum

rum in pars naturalibus necessariò labi in peccata, sed talem na-
turam simpliciter statuimus commentitiam, quæ nulla ratio-
ne sive necessariò sive contingenter labatur, cum non entis
nullæ sint affectiones. 4. Licet omnes hypotheses in an-
tecedente majoris concederentur, tamen nulla esset in eadem
consequentialia. Nam si Deus creavit quos & quales voluit,
utique etiam mortuos suscitare potuit, quomodo & quales
voluit. Nemo hominum divinam omnipotentiam in gy-
rum & angustias suæ rationis cogere præsumat. 5. Alia
est ratio creationis, alia ad vitam resuscitationis. Etenim si
Deus hominem creasset cum ejusmodi *Naturæ langvore odio*
digno, (sicut Bellarmini habet glossema in Deum creatorem
blasphemum) omnino macula hæc ei impingeretur, ut Au-
tor peccati diceretur; verum quando Deus homines Origi-
nali labe pollutos post liminiò ad hanc vitam resuscitat, mi-
nimè fit Autor peccati, quia naturæ corruptionem non effi-
cit, sed eam in hominum corporibus superstitem reperit, quæ
intimè depravata non nisi totali destructione ab Originali
peccato purgari queunt. Quemadmodum igitur Deus sine
ulla peccati culpa impios in hac vita conservat, eosque demor-
tuos in extremo judicio vicissim cum peccato resuscitabit, ita
nullius peccati reus erit, etiamsi quorundam corpora à pecca-
ti labe nondum liberata denuò huic vitæ restituat. 6. Te-
merarium est ex rebus dubiis & miraculis illis resuscitato-
rum extraordinariis, quorum conditio plenè nullibi nobis
in verbo Dei est explicata, articulum fidei extruere, & igno-
tum per ignotius probare. In sacris non sapiendum ultrà
id quod scriptum est. 7. Principium petit Jesuwita & se-
cum colluctatur, quando Lazarum & quosdam infantes re-
suscitatos ad hanc animalem vitam Originali peccato caruif-
fe asserit. Sanè resuscitatos illos, qui resurgent ex mor-
tuis Christo, ipsi quoque è monumentis simul prodierunt &
in cœlum translati sunt, Originali peccato destitutos fuisse
non imus inficias, inde verò minimè licitum est colligere,
etiam eos, qui nondum in pulverem redacti fuerunt, & in vi-
tam rursus revocati diutius in terris vixerunt, omnem nati-

Bellarmino
niana àva-
noλεθια.

An resusci-
tati carue-
rit Orig.

peccato?

*In Origin-
peccato/unr
tria 1. Do-
minium,
2. sensus,
3. radix.*

*5. Ratio
Bellarmi.*

*Titulus Fi-
lii Dei qui-
bus & quo-
modo com-
petat.*

vam maculam deposuisse. Si enim hoc, tum vel reliquam vitæ partem absque ullo peccato transgissent, sicque absque interventu mortis in cœlum translati fuissent, quod omni fundamento destituitur; vel exemplis aliorum provocati spontaneo lapsu sese de novo coinquinassent, & ex peccatorum imitatione sibi mortem contraxissent, quod Pelagianum est. Proinde ut peccati dominium regeneratione, omnis peccati sensus morte, ita ejusdem radix à φαντα seu totali abolitione corporis humani demum extingvitur, quæ quia in istis resuscitatis nondum facta erat, ideo eos à peccato Originali nondum plenè purgatos, atque sic secunda vice mortuos esse censemus.

CXLVIII. *Quinta ratio*, ait Bellarminus, propriè pugnat adversus illos, qui non solum qualemcum, rectitudinem, sed etiam omnia dona primis parentibus in creatione concessa, natura fuisse contendunt. Habet autem ita : Primi parentes eveni fuere ad eam dignitatem, ut essent filii Dei & Dij quidam. At profectò absurdissimum est, rem creatam, qualis est homo, Deum vel Dei filium naturaliter facere. R. I. Quia nos præter naturalia etiam supernaturalia quædam dona primis parentibus concessa statuimus, ideo juxta ipsius Bellarmini confessio nem hæc ratio propriè aduersus nos non pugnat. 2. Ludit Sophista insidiosè in ambiguo, quia filii Dei non unius sunt generis & conditionis. Quandoquidem (α) est Filius Dei tantum per naturam & æternam ex Patre generationem, non per creationem vel adoptionem. Et talis filius Dei est solus Αβγος, qui intimo complexu & sinu Patri junctus, nec essentiâ, nec amore, nec bonorum communione ab eodem disparatur, sed ἡμιπάτερ χωρίσθυ μονοτετέλετος καὶ εἰς αὐτὸν unitur, juxta illud Joh. 17. v. 10. Neque Christus duntaxat secundum naturam divinam, verū quoque secundum humanam est Dei filius, per & propter unionem hypostaticam. Quod enim πατέρα Αβγον Dei Patris filio competit naturaliter per æternam à Patre generationem, id etiam convenit filio Mariæ personaliter, per & propter unionem hypostaticam, ni cum Nestorio & Elipando fingere velis alium filium Dei, alium hominis. Confer Clariss. Dn. D.

Menz-

Mentzerum in Defens. collat. August. disp. 6. (β) est filius Dei per creationem, hoc est, partim per naturam, partim per gratiam, qualis est primus homo, qui per naturam, seu naturæ humanæ cum divina conformitatem Filius Dei dicitur, quia Deus eundem ad suam l^lmaginem creavit, & propter illam concretam adeoque naturalem justitiam paterno amore complexus est; per gratiam verò idem filius Dei dicitur, quia Deus ex meta gratia eum tanto naturali dono affecit, & ad summum creaturarum fastigium evexit. (γ) est quoq; filius Dei per gratiam seu gratiostam adoptionem, & quidem per adoptionem tantùm, non per naturam, quales sunt renati, qui quidem concreatam Dei imaginem amiserunt & naturâ sunt filii iræ, nihilominus tamen per & propter Christum reconciliantur Deo, & adoptione iterum filii Dei fiunt. Vide accuratè de hoc negotio differentem Reverendum Dn. D. Majorem in disp.
περὶ γεννήσεως καὶ ὡρῶν τῆς Χριστοῦ. 3. Nihil ergò amplius ultimo hoc suo arguento efficit Bellarminus, quām protoplastum non fuisse naturaliter, id est, per essentiam, seu substantiam naturæ Deum aut Filium Dei, quod ambabus manibus largimur. Etiam si enim ejus creatio correspondeat nostræ nativitati, & id quod à nativitate trahitur, naturale sit & naturaliter haberi dicatur; attamen rectè præcipiant Theologi, ad vitandam ambiguïtatem & erroris suspicionem solum νόην dicendum esse filium Dei Naturalem, Adamum autem filium ex creatione, quia filium esse naturaliter, maximè propriè notat filium esse substantiā, quod Adamo minimè conveniebat. Interim manet adhuc Imaginem Dei seu Originalem justitiam in eodem donum aliquod Naturale fuisse 1. Subjectivè, quia naturæ infixum hæsit penitissimè. 2. Perfectivè, quia naturam intus & extus ornavit perfectissimè. 3. Transfuturè, quia cum natura in posteros propagandum fuit felicissimè. ὅπερ εἴδει δηὖται.

CAPUT X.

An Imago Dei in homine per lapsum penitus sit amissa?

O 3

CXLIX. De

*Circa quæsi-
tum qui-
dam errant
in excessu.*

*Quidam
peccant in
defectu.*

*Photiniani
de utroq.
extremo
participant*

CXLIX. De Ecclesia vera pronunciabat olim Tertullianus : Semper est inter duos hereticos media, sicut Christus inter duos latrones crucifigitur. Idem ferè de omni potest affirmari veritate, quod in medio consistat, & quod circa illam, utrinque vitiosa & falsa reperiantur extrema. Manifestum id est in præsenti quæstione, ubi ex utraque parte peccatur, & *et ipso loco h[ab]et inveniatur. In excessu peccant, qui omnes Naturales notitias nobiscum natas de Deo & discrimine honestorum ac turpium negant, atque adeò ne quidem rudera & vestigia Imaginis Dei post lapsum in homine remansisse contendunt.* Quem errorem præter Flacianos arripiunt moderni Photinianni, ut patet ex *Sociniprälebt. Theol. cap. 2.* & *ex respons. ad obiect. Cutteni pag. 86.* Ex *Ostorodi Institut. cap. 7.* pag. 10. Vorstij (qui tamen inter Calvinianos numerari mavult) *Exeges. Apolog. c. 1.* In defectu errant, qui Imaginem Dei per lapsum Adæ vel parum duntaxat esse obscuratam ; (quæ sententia communiter Origeni Adamantio tribuitur) vel prorsus nihil immutatam, sed plenam & integrum relictam esse statuunt. In qua opinione olim fuit Epiphanius Constantiæ Cypri Episcopus, sicut constat ex *Panar. lib. 2. tom. 1. h[ab]er. 64.* & *ex Epist. ad Iohannem Episc. Hierosolymitanum.* Quamvis idem *lib. 3. tom. 1. h[ab]er. 70.* dubitabundus scribat, *obscurum & soli Deo notum esse, quid fuerit Imago Dei in homine.* Epiphanio calculum suum adjiciunt ex Pontificiis Bellarminus *lib. 4. de militant Eccles.* cap. 9. omnibus illis hereseos notam impingens, qui Adamum perdidisse dicunt *Imaginem Dei, ad quam creatus fuerat.* Item Raymundus de Sabunde in *Theol. natur. cap. 121.* & seqq. Cornelius à Lapide in *comm. super Genes. pag. 26.* & in *cap. 4. ad Ephes.* pag. 539. Camillus Cautius LL. Doctor in *Schol. pro relig. in catech.* Lutheri pag. 7. Torniellus *tom. 1. annal. An. 1.* pag. 38. Ex Calvinianis Remonstrantibus in eodem luto harent Welingius in *tr. de Offic. homin. Christ.* & Venator declarat. pag. 173. apud Festum Hommum in *specim. controv. Belgic.* pag. 43. & 53. Nec abhorrent ab altero hoc extremo mendacii & contradictionis spiritu pulsi Photiniani, scil. eo tantum fine, ut Originale peccatum planè negant, Christique meritum enercent.

vent. * Videatur *Catechismus Racov.* major pag. 22. & 285. *Sor-*
cinus in p̄elect. pag. 8. & in *Antipuccio* pag. 7. ut & in lib. de
Christo Servat. part. 4. cap. 6. pag. 355. & seqq. *Gittichius in*
discept. Scholastica pag. 51. *Ostorodus in Institut. Germ.* cap.
33. pag. 267. & 271. Item in *disp. Germ. Tradel.* oppos. p. 2.

C.L. Nos contraregiam tenentes viam absque ulla
hæsitatione asserimus, *Imaginem Dei quoad Originalem justi-*
tiam, in qua propriè & potissimum consistit, per lapsum Adæ
penitus destructam & perditam esse, remansisse nihilomi-
nus quasdam reliquias, veluti rudera de magno ædificio, &
debiles scintillulas de ingenti flamma, quæ communiter *nova*
errore, *Notitiae naturales* appellari solent. Prius membrum
hac vice, posterius alio tempore & loco *σὺν Σεῳ* probatum, &
ab *Adversariorum φλυαγίου* vindicatum dābimus. Primum
argumentum sumimus à naturæ humanæ vitiositate: Quicun-
que naturâ sunt imbuti vitiis atque peccatis, illi carent *Ima-*
gine Dei. Atqui omnes homines post lapsum naturâ sunt im-
buti vitiis atque peccatis. Ergò omnes homines post lapsum
carent *Imagine Dei.* Major sua luce radiat. Nam contraria
non possunt simul & semel esse in eodem subiecto. Iccircò
posito peccato & naturæ depravatione, necessariò tollitur
Imago Dei seu Originalis justitia, quæ è diametro peccato op-
ponitur. Assumptum quoq; ex scripturis liquet. Sumus enim in
peccatis concepti & nati *Psal. 51. v. 7. immundi de immundis Job.*
14. v. 5. caro de carne Joban. 3. v. 6. adeoque naturâ mortui in
peccatis Ephes. 2. v. 1. Colof. 2. v. 13. & servi peccati Joban. 8. v.
34. ut non sit justus quisquam Roman. 3. v. 10. non intelligens non
requirens Deum v. 11. omnes declinavimus, omnes inutiles facti
sumus, non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum v. 12. &c.
Confer *Psalmum 14.*

C.L.I. Secundò. Ibi est mera mentis ignorantia & tene-
bricosa divinæ lucis obscuratio, ibi exulat *Imago Dei.* Atqui
in hominibus post lapsum est mera mentis ignorantia, & re-
nebricosa divinæ lucis obscuratio, eaque non simplex tantum
& κατ' ἀπόφασιν, sed etiam prava & κατ' διάθησιν. Ergò. Major
evidens

*Veritas mea
dia ingredi-
tur via.*

*Quæ proba-
tur aliquot
argumentis.*

*1. à nature
humana vici-
tate.*

*2. Argu-
mentum à
mentis hu-
manæ caecitàte.*

evidens est ex natura Oppositorum. Etenim mentis ignorantia & cœcitas, nihil aliud est quam privatio Imaginis Dei, quæ in sanctitate & justitia consistebat. Ubiunque igitur sunt meræ tenebræ, ibi primæva Imaginis divinæ lux locum habere nequit. Minorem præter quotidianam experientiam & omnium saniorum confessionem, evincunt multa scripturæ dicta, in quibus homines ante regenerationem per Spiritum sanctum præstitam dicuntur esse tenebræ, Ephes. 5. v. 8. habentes intellectum tenebris obscuratum, Ephes. 4. v. 18. ambulantes in tenebris & umbra mortis, Iesa. 9. v. 2. Luc. 1. v. 79. viventes in temporibus ignorantiae, Act. 17. v. 30. Hinc οὐχιδος ἀνθερωπος animalis homo (vel ut Syrus Paraphrastes per pulchrè reddidit, בָּר נַשָּׁא רְבִנֵּפֶשׁ הוּא Filius hominis qui in anima est, hoc est, qui tantum ex proprio sensu seu ingenio sapit) non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei i, Corinth. 2. v. 14. & non est idoneus cogitare quicquam ex se tanquam ex se, 2. Cor. 3. v. 5. quoniam sapientia carnis est inimicitia adversus Deum Rom. 8. v. 7. ideoq; αὕτη ψυχα captivandum est sub obsequium Christi 2. Cor. 10. v. 5. qui lux illa vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum Johan. 1. v. 8. & à tenebris ad lucem convertens Act. 26. v. 18.

3. Argumentum à cordis perversitate.

CLII. Tertiò: Ubiunque locum habet horrenda cordis seu voluntatis perversitas, ibi Imaginem Dei deperditam esse oportet. Jam verò in hominibus post lapsum locum habet horrenda cordis seu voluntatis perversitas. Ergo Imaginem Dei in hominibus post lapsum deperditam esse oportet. Major iterum firme illo nititur fundamento ex oppositorum & simul contrariarum definitionum naturâ deprompto, quo præcedentem etiam Syllogismum confirmavimus. Minor expressè extat in codice Sacro. Quandoquidem omne figmentum cordis humani יְהֹוָה קָרְבָּן tantum malum est omni die Gen. 6. v. 5. & à pueritia Gen. 8. v. 21. Unde homines per naturam extra regenerationis statum considerati secū habere dicuntur cor lapideum Ezech. 36. v. 26. fraudulentum & perversum Jerem. 17. v. 9. durum & impoenitens Rom. 2. v. 5. stultum & tardum Prov. 22. v. 15. Luc. 24. v. 25. Quapropter bonum perficere non valent, viventes

dentes scil. aliam legem in membris suis repugnantem legimentis
eosq; captivos ducentem Rom. 7.v.19. & 23.

CLIII. Quartò: Quicquid Spiritus sancti speciali opera-
tione per novam quandam creationem in homine restauran-
dum est, illud necessariò prius est amissum. Atqui Imago Dei
speciali Spir. sancti operatione per novam quandam creatio-
nem in homine restauranda est. Ergò Imago Dei in homine est
amissa. Majoris connexio ipso Hespero est splendidior. Quod
enim adhuc fieri debet, illud nondum factum esse oportet.
Et quod non est amissum, sed adhuc retinetur, illud ipsum
non restituitur. Ex quo fundamento rectè Athanasius dial. 3. de
S. Trinit. infit: οὐ πάντες εἰσὶ ναῦται τοῦ νόμου ἀρτιοί, καὶ πάντες πεντεπά-
τηγιούς ἐχεσθεῖσι. Minoris probatio quoque præstò est in dictis Apo-
stolicis 2. Cor. 3. v. 18. Eph. 4. v. 23. Col. 3. v. 10. in quibus hæc em-
phatica probè observanda, 1. Imaginis Dei restaurationem esse us-
tamb; φωστή seu prioris formæ transmutationem. 2. esse ipsius intimi
spiritus renovationem & novi hominis inductionem. 3. esse θεραπε-
υα opus Dei, fieri q; à spiritu Dei, qui olim Adamum ad Dei Ima-
ginem creavit. 4. Confistere illam Imaginis novitatem in veru ju-
stitia & sanitate salutariq; cognitione, quorum nihil hæredita-
rio jure homini hodiè convenit.

CLIV. Quintò ita progredimur: Inter quæ maxima tām
ratione internarum affectionum, quām externarum operatio-
num reperitur pugna & diversitas, illa non habent unum idem-
que harum rerum principium. Similia quippè similiter sunt af-
fecta, & ubi unum idemque est agendi principium, ibi actio
quoque solet esse eadem. Atqui inter hominem ante in statu
Innocentiæ, & post lapsum in Miseriæ statu consideratum,
maxima tām ratione internarum affectionum quām externa-
rum operationum reperitur diversitas & pugna. Ergò homo
ante & post lapsum consideratus non habet unum idemque
suarum affectionum & operationum principium. Et per Con-
seq. quia homo ante lapsum directricem suarum actionum ac-
cepit Dei Imaginem, rectè infertur, quod eam homo post la-
psum non amplius retinuerit, sed amiserit. Assumptum patet:
Siquidem ante lapsum figmentum cordis humani erat valde

4. Argu-
mentum à
restauran-
de Imag-
nis Dei ne-
cessitate.

5. Argu-
mentum ab
hominis an-
te & post la-
psum diver-
sitate.

P bonum

bonum Gen. i. v. 31. ejusque natura fuit conformis legi Dei, h. e. dilexit Deum ex toto corde, ex toto animo, & ex totis viribus, proximumq; suum sicut seipsum Deut. 6. v. 5. Lev. 19. v. 18. Sed post lapsum omne figmentum cordis malum est à pueritia Gen. 6. v. 5. & cap. 8. v. 21. quia nempe post lapsum homo ex sapiente ignorans, ex justo injustus, ex pio impius, ex divite pauper, ex fano æger, ex immortali mortalibus, ex libero servus, ex vivente mortuus, ex filio & amico Dei hostis, ex hærede vitæ æternæ mancipium gehennæ factus est, atq; sic pulcherrimâ Dei Imagine per peccatum excussâ, tetram Satanae larvam & peccatricem Imaginem induit, quemadmodum universa scriptura, & ipsa, proh dolor, experientia satis abundè testantur. Hinc Apostolus 1. Cor. 15. v. 49. scribit, nos non gestare amplius Imaginem Dei & Adami cœlestis, sed Imaginem terrestris, qui obnoxius calamitatibus & morti destituitur innocentia & gloria apud Deum, Rom. 3. v. 23. Confer Damasc. lib. 2. de Orth. fide cap. 30. Fulgent. lib. de Incarn. & Grat. cap. 13. Innocent. III. lib. 1. de contem. mundi c. 1.

**6. ab Adæ
& Christi in
communi-
candis do-
nis impari-
tate.**

**Prudent. in
Hamarti-
geno.**

7. ab homi-

CLV. Confirmat nostrā sententiā ulterius sextò inter Adamum & Christum, illius quoque peccatum & hujus meritum, collatio, quam Paulus instituit Rom. 5. v. 12, & 19. tum in re simili, tum in contraria. Similes in eo sunt, quod uterq; id quod suum est, cum suis communicat; sed in eo planè sunt dissimiles, quod Adam suam Imaginem, hoc est, Originale peccatum in suos naturali generatione derivat ad mortem, Christus vero suam justitiam & veram Dei Imaginem spirituali regeneratione communicat ad vitam. De quo scitè Prudentius:

Labi hominis, servare Λύτον est; Meritis perit iste,

Ille abolet pereuntis opus, meritumq; resolvit.

Hinc jam argumentor: Quodcumque per Christi meritum & obedientiam acquiritur, & per spiritualem regenerationem nobis confertur, illud τῷ φύσει nobis non adest, sed per lapsum est amissum. Atqui justitia & sanctitas in quibus Imago Dei consistit, sunt tale quid. Confer dictum 1. Cor. 1. v. 30. & c. 15. v. 49. Ergo justitia & sanctitas, adeoque Dei imago τῷ φύσει nobis non adest, sed per lapsum Adæ est amissa.

CLVI. Adhæc septimò. Qui nascitur reus irę divinę & mortis

sive

sive damnationis æternæ, is justitiam seu Imaginem Dei à primo parente hæreditario jure non habet. Deus namque suam Ima-
ginem & justitiam non odit, sed diligit, *Psal. 45. v. 8.* non in
infernum deprimit, sed in cœlum evehit; sicut contrà impios,
injustos & à sua Imagine alienos perdit, omnemque iniquita-
tem aversatur, *Exod. 23. v. 7. Job. 11. v. 20. cap. 18. v. 5. c. 21. v. 18. Ps.*
5. v. 5. Prov. 2. v. 22. 1. Cor. 15. v. 49. & 50. &c. Jam verò omnis ho-
mo post lapsum nascitur reus iræ divinæ & mortis æternæ,
quemadmodum videre est *Job. 3. v. 5. Rom. 3. v. 23. Ephes. 2. v. 23.*
&c. Ergò nullus homo post lapsum Imaginem Dei à primo pa-
rente hæreditario jure habet.

CLVII. Accedunt denique præcipuorum patrum testi- 8. à Patrum
monia, qui Imaginem Dei in nobis periisse disertè pronunci-
ant. *Irenæus lib. 3. adv. heres. cap. 20:* *Filius Dei*, inquit, *incarna-*
tus & homo factus longam hominum expositionem in seipso reca-
pitulavit, in compendio nobis salutem præstans, ut quod perdide-
nimus in Adamo, id est, secundum Imaginem & similitudinem
Dei esse, hoc in Christo Jesu reciperemus. Athanasius in serm. τοῦ
τῆς ἐναρθεωτέως τῆς λόγου, & *Orat. 4. cont. Arianois:* *Homines pro-*
pter prævaricationem Adæ sub ea, quæ est contra naturam, corru-
ptione detinentur, gratiamq; Imaginis in se perdiderunt, ideo con-
gruebat ut ea persona, quæ est substancialis Dei patris Imago, re-
*stitueret Imaginem in nobis. Basilius in *Psal. 48:* *Homo postquam*
supercoelestis opificis Imaginem amisit, terreni similitudinem af-
sumpsit. Ambrosius lib. 6. Hexaem. cap. 7: *Adam ubi lapsus est, de-*
posuit Imaginem cælestis, & sumpsit terrestris effigiem. Sic ex ipsis
Scholaisticis Thomas apud Beccanum in Theol. Scholast. part. 1. tr.
4. cap. 3. quest. 1: JUSTITIAM, ait, PRUDENTIAM, Pontificiorū
TEMPERANTIAM, Fortitudinem Adamus, quando pec- dijosa.
cavit, per peccatum AMISIT. Cui adde quod ipse Jesuita Becca-
nus ibidem de suo subjungit: Constat TOTAM NATURAM
*HUMANAM infectam & CORRUPTAM esse; ergo pec-
catum, quo corrupta est, fuit TOTIUS NATURÆ pecca-
tum: ergo & gratia, quæ per illud peccatum AMISSA est, fuit*
TOTIUS NATURÆ gratia. Hæc quomodo cum Bellar-
*mini, Cornelii à Lapide, Tornielli & aliorum Papicolarum**

placitis de Imagine Dei & naturalibus post lapsum in homine integris conciliari queant, ipsi viderint. Interim plura ejusmodi pro nostra sententia tum veterum Ecclesiæ Doctorum, tum etiam scriptorum Pontificiorum testimonia annotata reperies à Dn. D. Gerardo, tom. 2. Loc. Comm. pag. 459.

*Confutatio
contraria,
rum obje-
ctionum.*

1. *Objectio.*
De dicto
Gen. 9. 6. 6.
Et Iac. 3.
v. 9.

*Imaginaria
Imag. Dei.*

*Quo se usu
Imago Dei
dicatur de
hominie post
lapsum imo
propriet.*

CL VIII. Hactenus argumentis sat firmis evicimus, per lapsum Adæ Imaginem Dei quoad potissimum sui materialis partem, & quoad integrum formale tum *χετικù* seu relativum, quod fuit gratiosa Dei in homine habitantis presentia, & gratuita personæ acceptatio, tum absolutum, quod uno verbo est Originalis justitia, penitus amissam & dirutam esse. Nunc adducemus præcipua partis adversariæ tela, eaque paucis abigemus. Primo itaque objiciunt : *Homo adhuc post lapsum Dei Imaginem in se habet, sicut dicitur Gen. 9. v. 6. ubi prohibetur sanguis hominis effundi, quia Deus eum ad suam Imaginem fecit.* Sic Iac. 3. v. 9 : *Lingua maledicimus hominibus ad similitudinem Dei factis. Ergo per lapsum Imago Dei non est amissa.* R. Illa scripturæ dicta diversimodè juxta analogiam fidei explicari possunt, quoniam Imago Dei interdum *ἀνθρώπος*, interdum *αὐτός* accipitur, unde & hominibus post lapsum aliter atque aliter debet assignari. Nam si 1. Imago Dei latè & *αὐτάρτι* intelligitur de generali quadam conformitate & analogia, quâ anima hominis quædam *τὰ θεῖα* exprimit, ut quod sit immortalis, spiritualis, intelligens & liberæ voluntatis in rebus suæ potestati subjectis, quo respectu nonnulli Patres Imaginem Dei sumunt, concedimus ultrò Imaginem Dei non esse amissam, cum ista omnia in hominis anima post lapsum reperiatur. 2. Si in hoc lato sensu Imago Dei quoque accipitur de dignitate imperii, quod homo in animantia exercet, itidem largimur (quod tamen facere abnuit Hugo de S. Victore in Genes.) Imaginem Dei penitus non interiisse. Quantumvis enim ista dignitas multis modis sit debilitata, ita ut animalia, quæ anteà solo nutu regebantur, hodiè excusso jugo non nisi callidâ vi & subdolâ arte ad officium adduci queant, nihilominus aliqua adhuc ejus supersunt vestigia, dum hominum ingenio & industriâ ex omnibus ferè animalium generibus quædam domantur,

tur, qua de re præter Apostolum Jacob. cap. 3. Epist. v. 7, videatur Augustinus lib. 9. de Gen. ad lit. c. 14. & Autor lib. 83. quæst. in N. & V.T. (qui à multis falsò Augustinus fuisse creditur) quæst. 13. Plinius lib. 8 c. 17. & lib. 10. c. 74. Diogen. Laertius in vita Heracl. Ravissius Textor in officina, Zwingerus in theatr. vit. hum. 3. Si ulteriorius Imago Dei sumitur pro principiis nobiscum natis tum theoreticis, tum practicis de Deo, deque discrimine honestorum & turpium, quæ homicidam à sanguinis humani effusione, & maledicuum à maledictione meritò absterrere deberent, affirmamus iterum Imaginem Dei post lapsum in hominibus superesse. At hinc nondum sequitur, mansisse (vel etiam non obstante mortali peccato manere potuisse, quemadmodum Tostatus & Catharinus in cap. 3. Gen. contendunt) illam Imaginem quæ κυρίος sic dicitur, & definitur justitiâ ac sanctitate verâ. 4. Sin verò dictum ex Gen. 9. cap. ut & alterum ex Epist. Jacobi omnino de hac speciali Imagine quispiam intelligi velit, dicimus respectum fieri in iis partim ad primam Adami creationem, in quo eeu capite totius generis humani sicut omnes immundi atque inutiles facti peccavimus, ita in eodem omnes in initio ad Imaginem Dei creati sumus; partim ad Imaginis Dei per Christum partam reparationem, qui in mundum venit ut dissolvet opera Diaboli, hoc est, peccatum & mortem. 1. Job. 3. v. 8. atque instauraret in homine amissam Dei imaginem, non beneficio carnalis generationis, sed spiritualis regenerationis, in præsenti quidem vita inchoativè, in futura (quæ ideo παλιγγενεσία appellatur Matt. 19. v. 28.) consummativè. Συνθήδην: Conditi dicimus post lapsum ad Imaginem Dei tum latè sumptam, ratione generalis conformitatis quoad intelligentiam & rationis usum, dominium item in reliquas creature, & nobiscum natas διακείτες notitias, tum propriè dictam, & quidem partim ratione prime creationis in Adamo, partim ratione restitutionis in Christo, vel jam actu factæ vel faciendæ. Committitur igitur in hac prima objectione ἐλεγχος æquivocationis, item à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Vid. supra tb. 69.

Quo sensu
Imago Dei
post lapsum
de homine
dicatur
propriè.

C L I X. Sed instant hîc nonnulli : Cujus adbuc supersunt
P 3 rudera,

Evagines Ad-
versario-
rum.

rudera, illud totaliter non est amissum. At vero Imaginis Dei super-
sunt rudera. Ergo. R. 1. Nulla ineſt argumento consequentia.
Licet n. quædam rudera post lapsum remanserint, nihilominus
Imag. Dei *tota Imago Dei verè dicitur amissa, quia ejus formale tam* ~~ex-~~
rudera non *trahit quam amissum sumpsum totum est deperditum. Sublato au-*
sunt propriè *tem alicujus formalis tollitur etiam formatum, reliquæ contra*
Dei imago. *tantum ad materiale Imaginis divinæ referuntur.* 2. Quemad-
modum totum ædificium penitus devastatum rectè enuncia-
tur, quando id suam amisit formam & solo adæquatum est,
quamvis adhuc aliquot lapilli & materialia rudera remanse-
rint; Ita quoq; formâ Imaginis divinæ deperditâ, & ipsa Imago tota rectè amissa dicitur, etsi quædam primi ædificii ~~receptacula~~
& portiunculæ supersint, præsertim cum eæ in se sint ut exiguae,
ita valde langvidæ & imperfectæ. 3. Quæ omnia ut dextrè in-
telligātur, necessariò tenenda est inter diversos religionis Chri-
stianæ articulos distinctio, de quâ nuper sic ad me Theologorū
noſtri ſeculi Phosphorus Dn. D. Mentzerus ſcribit: *In articulo*
creationis de bono naturali ſuperest aliquid in homine post lapsum.
Ergo non debent negari nouæ errorum. Et hic lapsus eſt Flacius. In ar-
ticulo redēptionis nihil habem⁹ quod noſtrum eſt, ſed omnia Chri-
ſtus nobis acquiſivit. Hic igitur nulla noſtra ſpiritualis iuſtitia, nulla
vita, nulla perfectio. In ſanctificationis articulo tantum fide accipi-
mus, quantum Evangelij promiſſio nobis offert. Unde conclusio
emergit: *In rebus externis reliquias eſſe Imaginis divinæ: in ſpiri-
tualibus eſſe non nudos, vacuos, inaneſ, immo mortuos in peccatis.*
Hic larva Satanae, non Dei imago. Haec tenus Mentzerus.

2. Objectio.

De dicto
Gen. 5. v. 3.

CLX. Objectant porrò Adversarii: *Adam post lapsum ge-*
nuit hominem ad imaginem suam, Gen. 5. v. 3. Ergo haec post lapsum
in Adamo & posteris mansit. R. 1. Invertimus argumentum: A-
dam post lapsum non ad Dei, ſed Suam Imaginem dicitur ge-
nuiffe filiū. Ergo Imago Dei in Adamo & posteris post lapsum
non mansit. 2. Et hanc ipsam antithesin egregiè Apostolus il-
lustrat i. Cor. 15. v. 49. dicens: *Sicut portavimus Imaginem terreni,*
portemus & Imaginem cœlestis. Quare ſimul in fumum abit ca-
villatio Smalcij, quâ nervum argumentorum noſtrorum in-
fringere conatur afferendo, potuisse Imaginem primi hominis
(quam ipſe fragilitatem & mortalitatem alibi appellat) ſimileſſe
ipſius

ip̄fius Dei Imaginem, in refut. D. Frantzij disp. 2. p. 42. & 50. 3. Favet nostræ sententiæ Hebraistarum diligens observatio, quâ moment, vocabulum **תּוֹלְדוֹת** quod Generationem significat, tantum in duobus scripturæ locis plenè & sine defectu à Spiritu sancto scriptum inveniri, nimirum ubi vel natura adhuc integra describitur, ut Gen. 2. v. 4. vel de Messia perfectissima generatione agitur, ut Ruth. 4. v. 18. In reliquis verò locis, quemadmodum etiam fit cap. 5. Gen. id ipsum vel in principio, vel in fine deficere, ad indicandum, nostram generationem jam post lapsum imperfectam, & cum primordialis integritatis admissione esse. Conjunget Polycarp. Lyserum in Adamo cap. 5.

CLXI. Isti objectioni additur alia ex Psal. 39. v. 7. ubi dicitur, *quod homo ambulet in Imagine*. R. Trahunt quidem nonnulli Patres hunc locum ad Imaginem Dei inde eruendam, sed perperam, cum antecedentia & consequentia Psalmi sic prorsus non cohærerent. Igitur committitur in argumento οὐεγχος λέξεως. Nihil namque ibidem legitur de Imagine Dei, verum de schemate tantum sive umbra, quæ per vocabulum **צָלָם** sapientie denotatur, & in qua homines ambulare dicuntur, dum horam mortis suæ ignorantes vitæ humanæ brevitatem in exemplis quotidiè experiuntur, nihilominus opes tam anxiè & magno sudore conquerunt, ac si ipsis perpetuò in hac lacrymarum valle vivendum esset, ut non immerito illud Poëtæ hic usurpare liceat:

O miseris hominum mentes, ô peccatora cœca!

Quam genuinam istius loci expositionem esse, præter fidei analogiam, ipse contextus & scopus Psalmistæ luculenter demonstrant. Hinc B. noster Lutherus plenissimè assecutus Spiritus sancti mentem, ita hunc versiculum Germanicè reddit: *Sie gehen daher wie ein Schemen / und machen ihnen viel vergeblicher Ruhe. Sie samten/und wissen nicht wer es frigen wird.*

CLXII. Producunt postremò in medium contra nos Adversarii dicta ex Sap. 2. v. 23. item ex 1. Cor. 11. v. 7. ad quæ tamen itidem satis responsum à Dn. D. Rungio in Exam. controv. de Imag. Dei & à Dn. D. Gerhardo tom. 2. Loc. comm. pag. 463. proinde isto labore supersedemus. Confer quæ de Apostolico loco supra notavimus cap. 7. th. 89.

3. Objetio.
De dicto
Psal. 39. 6. 7.

Finem

xxv.

1. Cor. 15.
v. 22.
Apoc. 7.
v. 14.

Finem itaque huic disputationi nostræ imponentes ro-
gamus Deum Patrem, ut nos ad Imaginem suam conditos, &
sangvine unigeniti Filii sui à larva Diaboli, quam per pecca-
tum attraximus, liberatos, ablutos, mundatos, atque Sancto
suo Spiritu donatos gubernet & perficiat, ut sic palatia, tem-
pla & organa ipsius maneamus, & quemadmodum in Adamo
primo divinâ Imagine exuti omnes morimur, ita in Adamo
secundo justitiae vestimento induti, & stolis candidis, quas
credentes laverunt in sangvine agni, circumamicti, æternum
omnes vivificemur.

*Christe, qui vita liber es beata,
Quam tuo partam rosco cruento
Reddis electis, tibi laus honoris
Omne per ævum.*

F I N I S.



Coll. Q. D. 1. 178